



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google[™] books

<https://books.google.com>



29

DISSERTATIO INAUGVRALIS PHILOSOPHICA
DE
ARGVMENTO
AB
AMORE
DVCTO
QVAM


30.

DIVINO ADNVENTE NUMINE
AMPLISSIMO ET INCLITO PHILOSOPHORVM
ORDINE BENEVOLE CONSENTIENTE

PRAESIDE
GOTTLIEB SAMVELE TREVERO,
POLIT. ET MORAL. PROF. PVBL. ORD.
ET ORDINIS SVI H. T. DECANO,
PRAECEPTORE, AC PROMOTORE SVO
OMNI OBSERVANTIAE CVLTV AETATEMDEVENERANDO
PRO GRADV DOCTORIS AC SVMMIS IN PHI-
LOSOPHIA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS RITE
OBTINENDIS

IN IVLEO MAIORI
DIE XI. FEBRVARII MDCCCXXIII.
HORIS MATVTINIS ET POMERIDIANIS
SOLLEMNI ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTET
AVCTOR
RVDOLPHVS ANTONIVS FABRICIVS,
HELMSTADIENSIS.

HELMSTADII,
LITTERIS HAMMIANIS.





CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

§. 1. *Occasio Dissertationis ex Clerici Diss. de argumento ab invidia ducto desumpta exponitur.* §. 2. *Quid sit amor, & argumentum ab amore ductum.* §. 3. *Argumentandi modi in sequentibus pertractandi recensentur omnes.* §. 4. *Primum argumentum desumptum a comparatione rei, sententiae, libri cum rebus sanctissimis, a quibus propius abesse dicitur.* §. 5. *Secundum a comparatione cum viris summis & amatissimis.* §. 6. *Tertium a nominum gratorum & iucundorum inventione & applicatione.* §. 7. *Quartum a consensu parentum, praecceptorum.* §. 8. *Quintum ab antiquitate.* §. 9. *Sextum ab occultatione malorum omnium, quae facta vel sententiam circumstant.* §. 10. *Septimum a gratis confectariis, quae exinde deducimus.* §. 11. *Octavum a coniecturis egregiis.* §. 12. *Nonnum a consensu potentiorum & auctoritate pollentium.* §. 13. *Decimum a meritis & virtutibus auctoris.* §. 14. *Undecimum ab ominibus & praesagiis, immo miraculis, quae fiuntur.* §. 15. *Duodecimum ab allusionibus & ornamentis imaginationi hominum accommodatis, quibus res vestri solet.* §. 16. *Decimum tertium a carminum cantuque concentu & efficacia, quibus animi demulcentur.* §. 17. *Decimum quartum ab intantione bona.* §. 18. *Decimum quintum a laude sociorum & adseclarum, qui eadem nobiscum sentiunt.* §. 19. *Decimum sextum a magnitudine ingenii, in quod eiusmodi sententiae tantum cadant.* §. 20. *Decimum septimum ab insigni usu exinde provenientes.* §. 21. *Decimum octavum a nominata genio saeculi accommodata.* §. 22. *Reliqua, quorum nobis in mentem venit, breuiter recensentur.*

§. I.

Argumenta, quibus homines vti solent in vita communi ad thesin quamdam confirmandam, fidemque ei conciliandam, aut actiones suas aliorumue defendendas, non semper veris innituntur principiis, ita vt rem vel actionem secundum rectum intellectus iudicium, & rationum euidentiam aestiment; verum falsa principia, quibus sunt praecoccupati, atque affectus, qui aequilibrium mentis pondere suo deflectunt, saepe occoecant intellectum, quo minus ex rei veritate, sed praecconceptis opinionibus, & animo in obiectum nimis inclinato, vel ab eo penitus auerso, de re quadam aut facto instituat iudicium. Affectus enim sic fascinant hominem, vt, veluti ictero laborantes, quaecumque in visum ipsorum incidunt, flauo colore tincta vident, qui tamen a sanis non animadvertitur; ita affectibus occupati rem vel actionem ita diiudicent, prout ab eiusmodi impelluntur commotionibus. Hinc vir rerum politicarum scientia illustris, apud Gallos ad gubernacula reipublicae sedens, & purpuratis Romanae aulae adscriptus *Richelium* confessus est, se per experientiam multorum annorum id potissimum didicisse: Mente perturbata ab omni iudicio abstinendum esse. Varia mediantibus his animi motibus formantur axiomata, ac regulæ constituuntur primariae, secundum quas, si non data opera, improviso tamen fit aestimatio: e. c. *Anno hunc, ergo est hominum optimus: illum odi, ergo est pessimus.* Plura talia sophismata philautiae in vita ciuili occurrentia descripsit *Arnaldus*, (a) & summe venerabilis Abbas *Schmidius*, (b) qui praeunte Francisco *Bacono* de Verulamio (c) doctrinam de elenchis secundum ipsius sententiam paucis delineat: deinde sophisma philautiae, quantum ad eius effecta attinet & species, vberius describens, remedia illi adhibenda commemorat. Io. *Clericus* peculiarem

(a) Logicae P. III. c. 20. (b) in *diff. Sophismata philautiae*, Ienae 1697.
(c) L. V. de Augm. scient. c. 4.

rem quoque consignavit Dissertationem *de argumento ab invidia ducto* (a) in qua ostendit, quot modis sententiae eorum, qui odio habentur, infamari soleant, & quod odium apud eos, qui illi dominium relinquunt in mente sua, efficiat, vt non possint expendere aequo animo, quae bona diversa sentientes habeant, sed omnia apud illos mala sibi esse videantur. Atque hoc ipsum scriptum viri in republica litteraria celeberrimi ansam nobis dedit ad praesentem tractationem suscipiendam, vt nobis proponeremus ad imitationem ipsius describere, quam varia ratione e contrario amor obstat, quo minus sententiae aut facta eorum, qui amantur, iusta aequitatis lance possint ponderari, & quot modis praecipuis amor hic in excusando, & in conciliando favore se conspiciendum praebet.

§. II.

De amore igitur acturis, & quam variis in casibus impedimento sit, ne veritas recte agnoscatur, ostensuris nobis, ante omnia explicandum est, quid hac voce velimus intelligi. Amorem appellamus affectum animi, quo sumus proclives in bonum nobiscum iungendum. Quum vero homines affectu quodam abstracti thesin vel factum aliquod non aestiment secundum proprietates inatas, sed secundum desiderii anxietatem, quo ea hoc vel illo modo se habere cupiant; hinc amore correpti non possunt non decipi in censendis iis, in quibus affectui huic locus est relictus. Atque sic Argumentum ab amore ductum erit sophisma, quo rationibus adaequatis omiſſis, ex solo amoris affectu, eiusque proprietatibus, thesin vel factum propugnamus. Neutiquam vero amor solus norma constitui debet, ad quam, tamquam ad lapidem lydium, veritas sit examinanda, quam ille tantum spectet, quid sibi sit gratum atque iucundum, non quid res ipsa pronuntiare, aut rectum iustumque declarare suadeat. Ex hoc amoris fonte plurima depromuntur argumenta, quia sic facilius sententia probari potest, atque non opus est multa in conquirendis solidis rationibus sollicitudine, quum per

(a) Quae subiuncta est Eiusdem Logicac.

talia argumenta thesis vel factum aliorum animis insinuetur, ut illi, licet evidentes desint probationes, solo amoris affectu ad comprobanda ea, quae grato proponuntur modo, callide perducantur. Quamvis vero argumenta ab amore petita demonstrationem suppeditare nequeant, neutiquam tamen est existimandum, res omnes, quae eiusmodi ratiociniis defendantur, esse malas: accidere enim potest, ut bona causa insufficientibus propugnatur argumentis, in quo casu eiusdem veritati vel bonitati nihil detrahitur, sed tantum argumentorum vis exploditur & imbecillitas designatur. Sic peruulgatum est *Carolus Stuartus* Britanniae regem a populo seditioso interfectum, a *Salmasio* rationibus tanto sceleri condemnando parum accommodatis minus recte defensum esse, quum *Salmasius* tamen iustam causam defendendam suscepit, quae mala causae Regis pertractatio nihil derogat eiusdem bonitati.

§. III.

Modi, quibus amor erga obiectum quoddam excitari potest, sunt multiplices, quos ad sequentia capita referemus, & explicabimus. I. Comparatio fit sententiae vel rei cum sacra scriptura, vel libris symbolicis omnium religionum. II. Comparatur ea cum spectatissimorum virorum sententia, quos nominus amari. III. Nominibus gratis exornatur. IV. Ostenditur, viros gratos & acceptos idem sensisse, vel egisse. V. In primis rem olim iam vsu fuisse receptam, vel eius veritatem placuisse antiquitati. VI. Occultantur studiose mala omnia, quae premunt sententiam nostram. VII. Grata confectionaria ex sententia nostra vel opere eliciuntur. VIII. Coniecturae insignes & spes concipiuntur de ista re, vel sententia. IX. Consensus hominum potentiorum producitur. X. Merita & virtutes auctoris in sententiae commendationem trahuntur. XI. Ominibus, praesagiis, miraculis sententiam confirmari, vel iam firmatam esse fingitur, quasi Deo placeat, eius auxilium sit ad futurum. XII. Allusionibus fauorabilibus & iucundis res exornatur, stilo includitur eleganti, & ambiguo, adhibentur, imagines,

gines, fabulae, similia, hieroglyphica, symbola, gratae etymologiae. XIII. Carminibus, aut cantilenis comprehenditur sententia. XIV. Bona laudatur auctoris intentio, candor animi, & modesta simplicitas: animum dicitur abfuisse fallendi, vel falsi pronuntiandi. XV. Laudantur adseclae, & euehuntur illi, qui idem nobiscum sentiunt, ut exinde laus aliqua communi inter nos sententiae adspargatur. XVI. Ostendi solet, veritatem, quam defendimus vel adstruimus, parum esse communem, magnis tantum ingeniis dignam, & conspicuam iis, qui sagacitate sua ceteros longe antecellant. XVII. Vtilitas sententiae vel facti multis inculcatur modis, vbi accommodari solet passionibus hominum. XVIII. Sententia nostra, si nouitas in primis placitura sit, dicitur esse veritas inaudita, eruta ex tenebris. Hi sunt, si non omnes, praecipui tamen modi, vbi neglectis solidis rationibus, eo tantum respicitur, quo amor animum propellit. Hos igitur pertexere, exemplis illustrare, atque falsas in iis ratiocinationes demonstrare adgrediemur.

§. IV.

I. Sententiae vel rei conciliatur amor, quando comparatur cum Scriptura sacra, vel iis Libris, qui apud cuiusuis religionis sectatores religionis formam praescribunt, & in eodem, quo Sacra biblia apud nos, pretio inter illos habentur. Quum enim pretium horum sit maximum apud vnicuique religioni addictos, atque hi ceteris in toto terrarum orbe scriptis anteponantur ob praestantiam suam, hinc magnam auctoritatem libris creare intendunt, qui primum iis a sacris bibliis, vel symbolicis religionis suae libris, assignant locum. Ingens horum datur numerus, qui tali modo amorem suum erga hunc vel illum librum declararunt. Sic Ioach. Moerlinus scribit, (a) *Lutherum* in commentario suo in Genesin consignato, tamquam in nouo mundo, non peculiare partes, sed omnes the-

(a) Wie die Bücher und Schriften D. Martini Lutheri nützlich zu lesen/
p. 38, 39, ed. Helmst. de 2, 1724.

thesauros atque diuitias sapientiae verbi divini composuisse, aperuisseque, ut eiusmodi liber post tempora apostolorum in orbem terrarum non venerit. De scriptis *Philippi Melanchthonis* iudicium *Nic. Gerbelii*, (a) adfert *Melch. Adamus*, (b) quod his verbis est comprehensum: *Mihi vnus Philippus & scilicet sere, post diuinas literas, & acute, & docte, & brevissime omnia agere uidentur*: atque de locis communibus *Philippi Melanchthonis Lutheri* (c) legimus dixisse: *Non est melior liber post Scripturam sanctam, quam loci communes Philippi*. Idem *Lutherus* (d) alibi uero scripsit, post sacram scripturam non esse librum utiliorem pro christianorum coetu, quam *Vitarum enarrationes sanctorum*, praesertim quae purae sint ac genuinae. *Io. Christoph. Wagenseil* (e) fauorem tantum significauit erga *Mischnam*, *Talmudis* textum, ut scriberet, se post sacras litteras praeferre eam, modo aliquo, quotquot in orbe exstant, libris omnibus. *Illustris Christianus Thomaeus* (f) propensione in *Gottfr. Arnoldi Historiam ecclesiae ac haereticorum* motus, illam post scripturam sacram pro optimo, atque utillissimo habet libro, qui in hoc scribendi genere fuerit. **GI-PHANIVS** tanto est abreptus amore erga *Pandectas & Codicem*, ut referente *Melch. Goldasto* (g) scripserit: *Tam insignis est hic Pandectarum & Codicis liber, ut nullum praestantiorem in orbe terrarum post sacra biblia putem existere*. Atque hoc *Giphanii* effatum suo calculo comprobatur *Goldasto*, illud dicens non esse deridendum, vel repudiandum. Immo *Ge. Richter* (h) *Salmasium* atque *Grosinum* coluit ac suspexit vehementer, quorum scripta, ut ait, accuratissima, unicum post sacrum codicem contra futurum temporum calamitates solatium habet. **Christophori Lehmanni**

(a) Epist. 18. ad Ioan. Schwebel. (b) In vitis Germanor. Theologorum p. 160. (c) in *Fischreden* pag. 37. ed. Lipf. de a. 1700. (d) T. VI. Opp. Ienens. German. p. 328. (e) in *Infundibulo* p. 128. & apud *Placc. de Anonym.* sp. 708. vid. *Parentis mei venerandi Hist. Biblioth. P. I. p. 249.* (f) in *Erörterung wegen zweyer Collegiorum*, pag. 9. (g) Praef. in T. I. der *Reichs Säkungen* octij. (h) Epist. selector. p. 240.

ni florilegium politicum *Schuppio* (a) adeo perplacuit, ut post sacra biblia librum hunc legi velit. *Bruckhusius* (b) insigni est amore affectus erga *Virgilium* ex scriptis ipsius, quippe quem *omnium mortalium post sacros scriptores sapientissimum* dicit. Iano *Guilielmo Laurembergio* (c) arrisit maxime apologus poëticus, vulgari lingua Saxoniae inferioris compositus, atque de *Heinecke Boff* nominatus: existimat enim, hoc libro non dari post sacras litteras meliorem. Vir illustris, *Io. Petrus Baro de Ludewig*, (d) quem debito honoris cultu prosequimur, videtur etiam aliquid amori, quo tertur in studium diplomaticum, dedisse, quando diplomaticae artis systema sua laude alioquin non defraudandum, post divinas pandectas nulli posthabendum iudicat. *Dacorum* regulas Stoicorum, si errores quosdam excipias, dignissimas post divinam scripturam existimavit, quae manibus hominum terantur. (e) Plura exempla sunt obuia apud *Reimannum*, (f) qui conferri potest. Neque solum habemus, qui libris sibi gratis primum post codicem sacrum adscripserunt locum, sed & quidam eo usque sunt progressi, ut ad sacra biblia eosdem equipararent. *Auctor* sic *epistolarum theosophicarum* *Iacobi Böhmii* scripta codici sacro aequavit, (g) ac quidam *Aristotelis* *Ethica* eundem praestare usum cum bibliis, atque homines aequè inde emendari posse putarunt, dum ablegato euangelio, sermones sacros iis tamquam fundamento superstruxerunt. (h) Haeretici pravis suis opinionibus colorem inducere nituntur, dum eas ex verbo divino depromptas esse venditant. **Quemad-**

B.

dum

- (a) vid. Morhof. Polyh. Literar. L. I. c. 21. p. 279. Eiusd. *Unterricht von der teutschen Sprache und Poësie* p. 687. Io. Guil. Berger programm. A 2715. VI. Non. Mart. (b) vid. Clerc Biblioth. choisie T. XV. p. 378. & T. XIX. p. 418. (c) vid. Morhof. *Unterricht von der teutschen Sprache und Poësie* p. 334. & Hackmann Programm. *Vulpeculae praemisso*. (d) *Præf.* ad *Reliquias diplom.* T. I p. 79. (e) *Reflexions morales de l'empereur Marc Antonin* *Præf.* fol. 6. (f) *Introd.* ad *Histor. litter.* vide *Indicem rerum* nr. *Wächer* (g) vid. M. Io. Frid. Schmidt *diss. de ministerio ecclesiast.* p. 22. (h) vid. *Apolog.* *August. confess.* p. 62. Io. Alb. *Fabric. Biblioth. Graec.* L. III. c. 6. p. 155.

modum verò illi, qui sacras litteras recipiunt, erroribus suis ex iis quaerunt praesidium & auctoritatem: ita infideles ad sua religionis principia & regulas, amoris aestu abrepti, prouocant, & quae ex suo beneplacito instituerunt, cum iis conuenire contendunt. Sic Turcae quaecumque immutant, & contra veterem dispositionem introducunt, in Alcorano tamen suo esse fundata gloriantur, atque ad Imperatoris arcana dominationis hoc pertinet, eius mentem pro lubitu interpretari, & in partes suas detorquere. Qui ex societate, quae a Iesu nomen habet, ablegantur ad Sinenses, vt eos convertant a superstitione auita ad fidem christianam, accommodant se ad eorum genium, ac tales permittunt iis phrasas, quae illis in paganismo iam fuerunt in vsu: vtque *Vudelous* principis Sinici imperii heredis animum propensum in christianae religionis dogmata redderet, e principe illo quaesitus de conuenientia doctrinae *Confucii*, & christianae, respondit, illius doctrinam non modo non pugnare cum christiana; sed cum huius principiis egregie conspirare. Imperator, principis huius parens aequè fuit persuasus, haud multum inter vtriusque doctrinae principia interesse, atque *hac sententia inductus est, vt sanctam nostram fidem publice solemniterque comprobaret*, scribit Ioach. *Bouuetus*. (a) Porro cum reuelatio hominibus compendiosior longe via sit ad faciendas opiniones suas, & vitae normam instituendam, quam molestus valde, nec prospere semper succedens accurate disputandi labor, quidam, vt alios perducant ad suas sententias, quarum rationes sufficientes afferre nequeunt, reuelationem ostentant, hacque ratione ex amore divini eloquii, quod sibi factum esse impudenter praetextunt, dictis suis fidem facere conantur. Hinc videre licet omni aeuo homines, qui hypochondriaci simul, & nimia superstitione imbuti sunt, vel qui propter nimiam de semet ipsis opinionem putant se cum Deo maiorem habere familiaritatem, quam permessa est aliis, vel sibi vel aliis persuasua.

(a) Conf. Icon regia Monarchae Sinarum nunc regnantis, adiecta Leibnitzii Novissimis Sinicis p. 108, 109.

suadere, se in summi numinis congressum immediatum, & colloquium saepius venire. (a)

§. V.

II. Si auctoritatem quidem hypothesebus, rebus, vel actionibus suis conciliare velint, comparant eas cum virorum, qui maximo habentur pretio, sententiis, quos amari constat, ut eo facilius respectu habito ad consensum celeberrimorum virorum, ipsorum placitis sine ulteriori disquisitione subscribatur. Si auctores, quos amari vel sequuntur, commendare velint, eos ad homines spectatissimos, & ab omnibus fere amatos, aequiparant. Hinc *Lutherum* adsimilarunt *Ioanni* euangelistae, atque nostrates theologi per angelum, aeternum euangelium manu tenentem cuius in apocalypsi (b) fit mentio, *Lutherum* denotari volunt, (c) quum e contrario reformati ad *Zwinglium*, (d) suae religionis instauratorem, trahant hanc Angeli appellationem. Notum etiam est, scholasticos tanta amoris infania in *Aristotelem* fuisse abreptos, ut dignum eum iudicarent, cuius doctrina cum sanguine *Christi* confirmaretur, dicerentque, *ut Ioannes baptista praemisisset Christum in theologicalibus, ita Aristotelem Christi praecursorem fuisse in philosophicalibus.* (e) Atro hic sunt notandi lapillo, qui, ut libros suos redderent iucundos acceptosque, eos tamquam foetus honoratissimorum virorum in lucem protruserunt, atque erudito orbi sic imponere sunt conati. Multi fuerunt, qui scripta sua quasi a sanctissimis viris aut feminis consignata essent, simularunt. Hinc tot habemus veteris ac novi testamenti pseudepigrapha, quae vir multiuga eruditione conspicuus Io. Alb. *Fabricius* collegit, ac publici iuris fecit. Neque sub Sanctorum larua tantum prodierunt litterae, vel opuscula, sed etiam nomina virorum eruditissimorum,

B 2

&

(a) vid. Lockius de Int. hum. L. IV. c. 19. p. 307, 308. (b) cap. XIV. versu 6. (c) vide Deutschmanni *Lutherum apocalypticum*, Matth. Hoc Commentar. in apocal. Ioannis L. III. p. 385. Iac. Rauppiam L. III. Biblioth. portat. p. 1173. (d) Campeg. *Vitringa Commentar. in apocal. Joannis p. 276.* *Zwinglium* aequae ac *Lutherum* *angeli* denominatione indicari affirmat. (e) *Agrippa de Vanit. scient. c. 54. Ziegler in Grot, p. 27.*

& quorum sententiae benevolentiam plurimorum sibi acquisiverunt, falso libris sunt praemissa, ut eo habentius perlegerentur, & quae in iisdem sunt contenta, placerent lectoribus. *Plato* eam ob causam dialogis, quos ipse composuit, *Socratis* nomen praefixit, atque exempla plura eorum, qui falsos auctores suorum opusculorum simularunt, recensuit celeberrimus *Ienensium* polyhistor, *Burc. Gotthelff Siruvius*. (a) Praeterea quidam reperiuntur, qui sibi vel aliis clarissimorum virorum nomina tribuerunt, ut exinde amor ac veneratio iis exhiberetur. Eam ob causam *Paulus Colomesius* *Isaacum Vossium* commendaturus, eum in criticis *Aristarchum*, in mathematicis *Archimedes* alterum iure nuncupari affirmavit. (b) *Laurentius Palmyrenus* in oratione *Valentiae* habita A. 1572. in mortem *Andreas Sempertii*, medici, amoris aestu abreptus, virum illum haud adeo celebrem appellat *grammaticorum Aristarchum*, *rhetorum Gorgiam*, in antiquitate *Varronem* alterum, *latinarum graecarumque litterarum coryphaeum*, tertium *Vticensem Catonem*, *eloquentiae ac doctrinae omnis instauratorem*, cuique in labiis *Ciceroniana dicendi facultas*, in pectore *Demosthenica*, in capite *Platonica sapientia* resideat. (c) Multi etiam ab hoc praecudio non fuerunt liberi, qui *Scaligeris*, plus quam par erat, tribuerunt, eosque nimium observarunt; utrumque enim appellarunt *Apollinem*, *Herculem*, & *fulcrum Musarum*, *Aesculapium*, *regem & dictatorem litteratorum*. (d) *Cardinalis Richelieu* occasione dignitatis summi rei militaris praefecti in ipsum collatae, ab academia *Parisiensi* per deputatos congratulationes amoris furo obductas accepit, qui ipsum oratione adulatoria sunt adlocuti, quod quum bene animadverteret *Richelieu*, sibi tamen haec encomia haud displicere his verbis respondit: *Non sum is, quem vult academia vestra, sed non sum talis, quem me volunt maleuoli, verum tamen non displicet deceptio vestra*, (e) responsione hac sophisma ab amore ductum iis obiiciens. Quis ignorat famam, quam in primis poëseos elegantia sibi acquisivit

(a) in Diss. de Doctis impostoribus. (b) in Opusculis suis p. 30. (c) vide Nic. Antonii Biblioth. Hispan. T. I. p. 68. (d) Oeuvres mêlées du Mr. Chevreau pag. 34. Mémoires d' Ancillon, p. 217. (e) Menagiana T. II. p. 44.

vit *Hoffmannum ab Hoffmanswaldau*, & merita ipsius? Verum, dura *Lobensteinus* in sermone funebri hunc virum cum *Pano* comparat, dictumque vocis tremendae in insula Paxide: *Magnus Pan est mortuus*, ad eius obitum applicat, (a) quilibet facile animaduertit, nimium amori erga amicum ab illo fuisse tributum. Quibus exemplis, paucis tantum adiungimus *Paulum Goetzium*, rectorem scholae Eibelebientis in comitatu Schwarzburgico, qui tanto amore abreptus est in dona, quae in cognoscendis historiis habere sibi persuasit, vt se nomine historici celeberrimi exornari, ac *Paulus Iouius* nuncupari veller. (b)

§. VI.

III. Quando sententiam amoenam reddere cupiunt, aut factum malum excusare, nominibus gratis atque iucundis exornant, vt benevolentiam captent audientium, & a se auertant ignominiam. Hinc feminae impudicitiam suam celaturae, a diis se compressas dixerunt, atque sub sanctitatis larua delitescere studuerunt. Nonnulli quando arduas quasdam moliebantur imposturas, vel imperium adsectabant, vel muneribus subeundis auctoritatem conciliandi habebant animum, sacro se ferri spiritu, sancto instinctu iactitabant, nec esse in sua potestate, sed sacra necessitate, sacro impetu se impelli comminisciebantur. (c) Aegyptii, quo applausum atque existimationem parerent rebus vilioribus, ac sapientiam prae se ferre viderentur haud vulgarem, figuris, quas sacras dicebant, easdem occultarunt. (d) Quakeri se prophetis ac apostolis adsimilare cupientes, quæ ex affectuum impetu proficiscebantur, quasque corrupta imaginatio phantasias mirabiles excitabat, inspirationi Spiritus sancti adscripserunt. (e) Immo dantur homines, qui philautia inducti vitia sua virtutum nomine repraesentare, atque hoc modo gratiam iis conciliare conantur, quibus am-

B 3

bitio.

- (a) vide ipsam Orationem in appendice ad Poëmata Hoffmanswaldiana Tom. I.
 (b) vide Tenzels *Monatl. Unterred.* 1696. p. 600. (c) conf. Spectabilis atque Ampliss. Domini Praesidis Diss. I. de Imposituris sanctitatis titulo factis, p. 26. (d) vid. Gundling, *Histor. philos. moralis.* (e) Cræsus *Histor. Quaker.* p. 24.

bitio audit magnanimitas, auaritia parifimoniae specie incur-
flatur, voluptas cenfetur morum elegancia, ac conuerfationis
venufitas, omnis vero cum hominibus commercii fuga mundi
contentus dicitur. Praeterea bella iniufte fufcepta, vt plu-
rimi nomina fua iis darent, aut lubenter ad ea gerenda confer-
rent, nominibus boni quid fpirantibus funt adfecta. *Ioan-
nes* Borboniae dux, vt *Philippum* Burgundiae ducem incitaret,
quo in fua ditioe concriberet exercitum contra Galliarum
regem *Ludovicum XI.* ducendum, affirmavit futurum, vt reli-
qui Galliae principes idem facerent, eo videlicet confilio, vt re-
gem, qui multa infolenter ageret, & inique, cogant ad fanio-
reipublicae formam inftituendam; quum ergo bellum hoc vide-
retur fufcipi e re totius Galliae, infignitum deinde cognomento
fuit *Boni publici.* (a) Amor grata quoque nomina inuenit ad
expeditiones cruciatas commendandas, quae quidem fi accu-
rate fpectentur, haud adeo erant iuftae, nihilominus Pontifi-
ces bellum hoc *facrum* appellarunt, atque omnibus illis, qui
huic militiae operam effent daturi, indulgentias peccatorum
largiffimas promiferunt. Teftes enim *Bzouio,* (b) *facrum Mar-
tem non cantu, non fonitu, non clangore tubarum, fed pijs adhortatio-
nibus accendere pontificibus vifum fuit. Putauerunt enim, quod ea
praedicatio quae pro conferuatione & propugnacione religionis chriftia-
nae, proque defenfione & tutela fidei facrorum, ecclefae, & ecclefa-
fticarum, fuae perfonarum, fuae libertatum inftituitur, nihil aliud fit,
quam profeflio crucifixi.* Tributa & onera publica ciuibus inter-
dum folent imponi grauiora, ad quae exigenda alacrius, mole-
ftiamque aliquo modo diminuendam, inueniuntur blandimenta
nominum. *Eduardus IV.* rex Angliae tributum a fubditis fol-
vendum appellavit *Beneuolentiam.* (c) Quando fubditi certam
pecuniae fummam imperantibus pendere tenentur, ad decli-
nan-

(a) Cominacius de Rebus geflis a Ludov. XI. & Carolo VIII. Lib. 1. p. m. 216.
(b) T. XVIII. Annal. ad A. C. 1410. (c) Amelot de la Houffaie dans fon
Tibere chap. 3. Fr. *Baconum* de Verulamio Hiftor. Henrici VII. opp.
pag. 1051.

nandam iussorum asperitatem, hoc non sub forma debiti exigitur, sed nomen *Doni gratuiti* accipit, licet in absolutioribus imperiis tale postulatum negligere ipsis non sit integrum, sed nihil, nisi obsequii gloria, iis sit relictum.

§. VII.

IV. Ad commendandam sententiam, vel factum, monstratur, viros gratos acceptosque idem sensisse, vel egisse: hinc probationes depromuntur a consensione maiorum, parentum, praeceptorum, ac conditorum sectae, atque horum placita oraculorum instar observantur. Permanit propterea in superstitione ac christianae religionis ignorantia Frisiorum rex *Radbodus*, amore erga maiores suos occoecatus: nam cum parata Medenblici essent omnia, quae ad initiandum regem *Christo* coram multitudine pertinebant: sed *Radbodus* progressus ritu solenni in rem praesentem venisset, atque alterum iam pedem lauacro intulisset, conuersus ad *Wolfrannum*, De maioribus, inquit, meis, Episcope, quid sentis? pluresne eorum in paradiso, an apud inferos esse credis? Ad quae Episcopus cum plures apud inferos esse reddidisset, subiecit, Satius igitur mihi est, ut plures, quam pauciores sequar: simulque pedem e lauacro retulit, ac propositum mutauit. (a) Amoris quoque fuit signum, quando *discipuli Pythagorae* ad thesum suarum confirmationem non de argumentis conquirendis erant solliciti, sed nude praeceptorem suum allegabant, eumque idem dixisse affirmabant, quo veritatem asserti se posse tueri erant persuasi. Immo amoris dementia eo usque quosdam deduxit, ut quae ignorarunt ipsorum praeceptores, hoc ipsi admittere noluerint, ne veneratio erga doctorem vllum caperet detrimentum. Sic de *Fortunato Liceto*, viro rerum alias naturalium peritissimo, notum est, quod duas galaxias, seu vias lacteas, statuerit, aliam aëream, aliam aetheream; quam sententiam propugnare ausus fuit, ne *Aristoteles* erroris ac mendacii argue-

(a) vid. Vibonis Emmii Rerum Finsic. Hist. Lib. IV. p. 136, 137.

argueretur, quum viam lacteam inter meteora retulerit. (a) Parentum nomen, licet erronea etymologia deductum, vel latine minus recte expressum, retinent filii amore reuerentiali adducti, quoniam parentes eundem admiserunt errorem. *Huetius*, cuius nomen rectius, prout ipse monet, pronuntia- retur *Huetus*, *Huetium* se appellavit, quoniam illud nomen, antequam ipse assumeret, ei datum erat, & quum ita eum nominassent, ex reuerentia erga exempla & auctoritatem eorum, appellationem hanc retinuit. (b) De Jacobo *Paumier*, Domino de Grentemesnil, referunt *Huetiana*, (c) eum praetulisse denominationem *Palmerii* formationi nominis *Palmerius*, & alteri, quae vult pronuntiarum *Palmarium*, quoniam parens ipsius *Iulius Paumier* in operibus suis hanc admiserat latine pronuntiandi rationem. Peruulgatum est, dominos *Dunpy* dictos in latina lingua se nominare *Puteanos*, quasi nomen ipsorum a vocabulo Gallico *Puits*, quod puteum denotat, derivaretur, quum tamen sit a *Puy*, quod Latinis *Podium* audit, atque hinc potius *Podiani* fuissent appellandi: sed erroneam hanc denominationem nihilominus illos noluisse abiicere ex veneratione erga parentem, vt retinerent sine mutatione nomen, quod ille ipsis reliquisset, observat *Huetius*. (d) Ad hanc classem eorum, qui amoris sui testandi causa erga viros, reuerentia ac honore prosequendos, maluerunt errare, quam veritatem amplectendo iis aduersari, referri possunt adulatores iniqui, qui approbarunt errores, vel aliorum sunt imitati defectus, amorem ac venerationem, qua eos prosequerentur, ostensuri. De *Philippo* Macedoniae rege refertur, illum ob vulnus sibi inflictum in capite, fascia illud circumligare fuisse coactum: quum hoc viderent aulae ipsius ministri, plerique, ut regi se adsimilarent, itidem fasciis talibus capita cir-

cum-

(a) Leg. Morhof. Polyh. T. II. L. II. part. II. cap. XII. & conf. Dan. Frid. Iani de Doctoribus umbraticis pag. 42. seqq. qui plura exempla huc pertinentia attulit. (b) *Huetiana* p. 166. (c) *ibid.* (d) l. c. p. 166, 167.

commouebant, quasi his fuisset ipsis opus. *Dionysii* iunioris facies erat in humum demissa, quod vultus vitium, in aula ipsius degentes, vt illi assentarentur, imitabantur, alterque alterum pede tangebatur, qui facere hoc dememinerat. Plura exempla eorum, qui ad amorem erga reges, aut praeceptores declarandum, illorum vitia sunt amplexati, reperiuntur in tractatu gallico *La langue* dicto, quem in germanicum maximam partem transtulit *Adonantes*. (a)

§. VIII.

V. Magnum pondus ad sententiae suae veritatem probandam additum esse putant, quando ostendere possunt, in primis rem olim iam vsu fuisse receptam, vel apud veteres creditam. *Muhammedes* nouae suae doctrinae errores disseminare cupiens, vt eo lubentius ab imperitis reciperentur, ac plures in sententias suas pertraheret, amorem illis apud plebem conciliare studuit, dum se veterem cultum diuinum instaurare venditauit, & quidem eum, qui a Deo Adamo primum fuisset praescriptus, postea in orbe vetere periisset, & denuo Abrahamo patefactus, a quo filius ipseus Ismaël didicisset, & talem cultus diuini formam homines, quemadmodum accepisset ab Abrahamo, docuisse. (b) *Quackeri* suum nomen & doctrinam, & religionem viuendique modum, & habere & auspiciari se affirmant ex vltimis antiquitatis fontibus. Nam & priscos Patres in suas partes vocant, adferentes, se statuere eadem, quae hi ipsi homines cum scriptura sacra adstruunt. Etenim est hoc follemane omnibus, etiam qui omnino nouam viam, rationemque doctrinae ac vitae comminiscuntur, vt, quamuis novissima sint, quae tradunt atque obseruant, tamen eadem velint & iacent ab longa atque vltima antiquitate repetita, propterea quod, etsi veritati nemo potest praescribere, neque id bonitati praecipere, ne, ideo quod recens, laudanda sit, nihilominus ea, quae

C

(a) pag. 92.

(b) *Prideaux* *leben Mahomets*/ p. 25.

quae antiquiora sunt, fere meliora ac veriora esse consueverunt, atque ea, quae in se sincera ac recta sunt, a vetustate ac consuetudine sibi maiorem laudem commendationemque mutantur. (a) *Gregorius VII.* papa, qui *Henricum IV.* imperatorem excommunicavit, hoc factum argumento ab amore erga antecessores suos ducto excusare voluit, & affirmare ausus est, se Imperatorem dignitate sua imperatoria priuando nihil egisse, quam quod conueniens fuerit consuetudini curiae Romanae: quum tamen iam *Otto Frisingensis* obseruauerit, nusquam quemquam Imperatorum inueniri, ante hunc *Henricum* a Romano pontifice vel excommunicatum, vel regno priuatum. (b) Hoc nos docet, non esse fidem habendam illis, qui se tantum imitatores veterum crepant: maximi enim nouatores ea audacia fuerunt praediti, ut se hoc nomine exornarent. (c) Pari modo non sunt approbandi, qui ob amorem nimium atque coecum antiquitatis, corruerunt nomina sua propria, & ex nominibus sanctorum fecerunt nomina paganorum, honori baptismi detraxerunt, suaeque religioni intulerunt ignominiam. Quando v. c. nonnulli mutarunt nomen *Ioannes* in *Iannus*; *Ianus Lascaris*, *Iannus Parrhasius*, *Iannus Cornarius*, *Iannus Douza*, *Iannus Gruterus*. Professor quidam Lugdunensis & Franckeranus praetulit nomen *Petreius* illi, quod *Petrus* pronuntiat. *Palearius*, vir eruditus politusque, abiecit nomen *Antonius*, pro quo substituit *Aonius*, qua appellatione vocari maluit. *Sannazarus* contemnens nomen *Iacobi*, quod in sacro lauacro acceperat, nomina *Aelius Syncernus* praetulit: sequens sic consuetudinem suo tempore receptam inter litteratos in Italia, pro lubitu nominibus se insigniendi (d) Accedit alia species amoris antiquitatis, dum magna pars eruditorum adfectauit subiungere nominibus suis terminationes in *ius*, ad imitationem.

(a) Gerardi Crösi Histor. Quacker. L. I. p. 10. 11. (b) Chron. L. VI. c. 35.
 (c) Bayle dictionnaire historique & critique. T. II. p. 1392. (d) Huettiana, p. 163.

tationem nominum familiarum Romanarum plerarumque, e. c. *Grotius*, *Baudius*, *Cellotius*, *Heinsius*, *Vossius*, *Bigotius*. (a) Qui plura legere cupit de abusu nominum ex argumento ab amore ducto, conferat *Bailletum de scriptoribus latinis*. (b) Argumento ab amore ducto locum quoque indulserunt, qui veteres tantum scriptores laudarunt neglectis recentioribus, & qui e contrario recentiores tantum approbandos censuerunt, contentis veteribus. Causa enim talium sententiarum est amor studiorum, in quibus fuerunt occupati: qui enim veteres magis manibus vsurparunt, ex amore in hos, tantum eos esse legendos iudicarunt, qui vero recentiorum scriptis euoluendis tantum operam dederunt, hos solum sequendos iudicauerunt. Quam causam veram esse patet exemplo *Peralcii*, de quo *Huetius* refert, cum, dum veteres reiecerit, nullum auctorem antiquum graece vel latine scribentem in fonte legisse, sed tantum ex versionibus de istis tulisse iudicium. Hinc scribit: *Comment. a-t-il osé se consommer enge de ce fameux differend, & condamner les Anciens sans les connoître? N'est-ce pas ingér le procès, vna tantum parit audita?* (c) *Grotius* e contrario, quia veteres assidue legit, tanto amore erga illos fuit abreptus, vt solos dignos iudicaret, qui perlegantur, recentioribus plane spretis: si modo relatio certa fuerit, quam sibi factam ipse dubie affirmat *Stollins*. (d) *Grotius* enim *Nic. Hainsio* peregrinanti hoc consilium dedisse legitur: *Legi veteres, sperne recentiores, & eris noster*. Illorum hac de re iudicium est optimum, qui librorum, sententiarum, scientiarum omnium praestantiam non metiuntur suis antiquitate, siue nouitate, sed tantum rerum in iis comprehensarum soliditatem spectant. Qua in re consentientem habemus *Clericum*. (e) Mirum quoque est, interdum homines tanto incendi amore erga consuetudines a veteribus introdu-

C 2

ctas,

(a) *Huetiana*, p. 165. (b) *Auteurs dequizez* P. III. (c) in *Huetianis*, pag. 26, 27. (d) *Histot. der Gelehrtheit* p. 16. (e) *Biblioth. Choif. T. III. p. 207.*

Etas, ac per longum temporis decursum observatas, ut incommoda cum iis coniuncta tolerare malint, quam antiquos abrogari mores. Ex *Laurentio Mullero*, scriptore quodam historiae septentrionalis, exemplum repetit *Besoldus*, (a) & ex *Costringius*, (b) quod amorem erga vetusta statuta egregie declarat. Quum enim nobiles in Liuonia delinquentes suos rusticos verberibus grauissimis afficerent, Stephanus rex Poloniae, horum durae conditionis misertus, a. 1582. conuocatis iis significauit, se illos a verberibus liberaturum, & multam, si deliquissent, mitissimam esse imposturum. Verum rustici illi iniquissimo hoc ferentes animo, antiquas se consuetudines mutatas nolle, omniaque dura se malle perpeti, responderunt, quam iroduci nouitatem.

§. IX.

VI. Celantur sollicite mala omnia, quae sententiam premere possunt, ne audientes illius fastidio capiantur, sed facilius in eam descendant. Plerumque enim in rebus exotis exaggerari solent munitissima, & inuisas eas reddere student; in iis vero, quae gratae sunt atque iucundae, & erga quas amor ipsos occupauit, naevos reticent maiores, defectusque dissimulant. Non facile quis reperitur, cui non curae cordique sit tegere vitia sua quocunque modo, ac dissimulando eorum causas in virtutes ea conuertere. Sic *Muhammedes*, quum epilepsia esset affectus, morbum hunc occultare quaesuit, ne sibi esset impedimento in doctrina sua pluribus persuadenda, ideoque impetum morbi huius ecstasim esse affirmauit: tunc enim Gabrielem angelum nouas ipsi adferre reuelationes dixit, cuius non possit ferre splendorem, atque hinc deliquium animi se pati, quum interea Gabriel angelus secum loquatur, mandataque diuina, ad quae reuelanda a Deo sit missus, communit. (c) *Henrici Sancti* castitatem eximiam *Eugenius III.* papa in

(a) L. I. Polit. c. 5. §. 5. (b) Disp. de ratione status theol. XII. (c) *Prideaux* Leben *Muhammeds* p. 28.

in bulla canonizationis Henrici celebravit, eumque in thoro etiam legitimo positum, quod paucorum fuisse legatur, integritatem castimoniae vsque ad finem vitae conseruasse asseueravit: & *Godefridus Viterbiensis* laudat vehementer castitatem Henrici sequentibus versibus:

*Henrici claudi meritum solemniter audi,
Cui decet applaudi, cuius metra porrigo laudi,
Sumtus ab arce soli regnat in arce poli
Coniuge virginea virgo permansit & ille
Catholicus dedit ecclesias &c. (a)*

cuius castitatis causas semper monachi peculiari sanctitati tribuerunt, quum tamen castitas illa vera animi virtus non fuerit, sed defectui corporis naturali potius adscribenda, quem studiose sacrifici illi occularunt. *Henricus* enim morbo colico, calculo & epilepsia fuit afflicus, vt taceamus infortunium, quod ipsi sub initium regiminis, quum venationi operam daret, contigit. (b) *Antonia de Bourignon* passionis dominantis vitium adeo colorauit, vt sub larua virtutis illud repraesentare fuerit annexa, & quum sordida auaritia nulla dona pauperibus largiri eam iusserit, hanc illiberalitatem egenorum indignitate excusauerit. Quando enim directrix xenodochii cuiusdam in Frisia orientali est constituta, consecrauit quidem commodis huius domus curas suas atque industriam, non vero suas facultates. Rationes allegauit duas, alteram, quod essent bona illa, quae iam consecrasset Deo pro iis, qui sincere niterentur veri fieri christiani; alteram, homines & omnes res humanas valde esse inconstantes, ita vt accidere possit, quod illi fauoris facultatibus suis ipsis exhibiti, postea redderent se indignos. Neque in aliis regionibus inuenire potuit homines eleemosynis

C 3

suis

- (a) *Gundling* in *Otiis* P. III. p. 190. vbi hoc testimonium ex *Pistorii Rerum* germ. T. II. adduxit. (b) *Gundling* l. c. P. III. c. 3. p. 170. conf. *Hahnii* celeberrimi *Metaph. Historie* P. II. p. 196. seqq.

suis dignos. Dixit enim: *Nullos adhuc inveni verè pauperes, & sic coacta fui mea bona ad hunc usque diem servare.* Porro etiam hoc modo animi sui sensa protulit: *Vellem, ut occasionem haberem bona mea ad gloriam Dei impendendi, tunc ne uno quidem die retinerem: sed nullam huc usque inveni: multi sunt qui ea acciperent, sed non impenderent ad gloriam Dei, ut ego facere destino.* (a) Saepe etiam accidit, ut alienas sententias in altera parte tamquam pravas hypotheses aut facta iniusta vituperemus, quum tamen ipsi eidem culpae simus obnoxii, quam ex amore nostri maximopere a nobis declinamus, ac quantum possumus, excusare molimur. De *Calvino* constat, illum in Institutionibus suis expresse docuisse, religionem vi haud esse propagandam, atque in adversariis persecutiones eorum, qui in religionis negotio contrarias fouent sententias, improbasse: quum vero *Michaeli Seruetus*, qui a *Calvino* dissidebat in quibusdam religionis capitibus, Geneuam perueniret, *Calvinus* effecit, ut in custodiam daretur, & ad *Sulcerum* scripsit, se existimasse, officium esse suum, pertinacem hunc hominem domare. In alia vero epistola se allaboraturum promisit, si valeat apud Magistratum, ut *Seruetus* morti tradatur, quam suam excitationem contra hunc peculiari postea libro defendere contendit. (b)

§. X.

VII. Grata consecraria ex sententia nostra vel opere eliciuntur, quibus alios in partes nostras pertrahere nitimur, & quae gratiora esse videntur, quam illud ipsum, quod defendimus. Magni exinde montes promittuntur, ut incauti capiantur facilius: & nascitur post ridiculus mus. De *Juda Galanite* memorat *Iosephus*, (c) eum sollicitasse ad defectionem populos, censum nihil aliud quam manifestam seruitutis professionem esse

(a) Conf. *Bayle* Dictionaire Historique & critique T. I. p. 687. not. M. (b) *Arnold. Kirchen und Reper. Historie* Th. II. B. XVI. C. XXXIII. §. 4, 5, 6. (c) *Antiq. Judaic. L. XVII, c. 1.*

se dicitantem, & vniuersam gentem ad tuendam libertatem adhortantem. Fore enim, vt re bene gesta fortunis suis fruantur feliciter, & confirmati in earum possessione laudem quoque sibi parent fortitudinis: nec sperandum auxilium caelestis Numinis; nisi ipsi quoque rebus suis consulant. Haec iucunda, quae ex defectione illa esse secutura promittebat *Indus Gaultanitus*, populum accenderunt ad audendum aliquid, & omnia miscendum caedibus & latrociniis, praetextu propugnandae libertatis publicae. Thomas *Müntzer*, qui rusticorum tumultum a. 1525. excitauit, christianae libertatis obtentu, ex qua externam & politicam colligebat, ac pessime concludebat, fideles, quos Christus a diabolo & peccatis liberasset, ab ethnicis, a christiana religione alienis, pontificiis magistratibus, praelatis & nobilibus, intolerandis indictionibus, operibus tributariis, seruitute & talibus non esse onerandos; grato hoc plebi confectario a libertate christiana desumpto, apud illam sibi maximam conciliauit gratiam. Promisit etiam, se improbum magistratum esse aboliturum, aliosque qui illum administrarent surrogaturum, hacque ratione meliorem regiminis constituturum formam. (a) *Tezelius* ad gratiores reddendas, quas vendebat, peccatorum indulgentias, mira fingebat confectaria. Ungläublich ist's / *Myconius* scribit in chronico, was der unverschämte Mönch nur sürgeben / außreden und predigen durfte. Gab brieff und siegel / daß auch die sünd vergeben solten seyn / die eiser noch willens wäre zu thun. Der Pabst hätte mehr macht / denn alle apostel / alle engel und heiligen / auch Maria / die junge frau / selbst; denn diese wären noch alle unter Christo / aber der Pabst wäre Christo gleich: ja nach der himmelfahrt hätte Christus nu in der kirchen nichts mehr zu regieren / bis auf den jüngsten tag / sondern hätte solches alles dem Pabst / als seinem *vicario* und stadthalter befohlen. & paullo post: Wann sie flugs einlegten

(a) Cyr. Spangenberg Sächsishe chronica E. cccLxii. p. 606.

legten/ und gnad und ablaß löseten/ so würden alle berge um
S. Anneberg eitel gediegen silber werden. (a)

§. XI.

VIII. Vt res vel sententia amorem sibi conciliet apud auditores, coniecturae egregiae concipiuntur, quae tamen meris figmentis constant, vel talia promittuntur, quae homo sanae mentis nunquam sibi possit exinde polliceri, & tantum ex amore in scientiam vel actionem quamdam inclinatio ac occoecato oriuntur. Quirinus *Kuhlmannus* multa noua, mirabilia, stupenda nobis effecta de inuentis suis & libris edendis promisit, e quibus tamen nullum praestitit: pollicitus est eloquendi, sciendi, scribendi, linguas discendi &c. artes magnas, quibus mediantibus quilibet de quauis re copiose, ornate, promte ad stuporem vsque edere libros doctos, nouos, vtilis, omni rerum scientia plenos leuissima opera in lucem protrudere posset, item bibliothecam bibliothecarum, cui cedent omnes bibliothecae terrarum, cum omnes in vnico volumine comprehenduntur: rotas combinatorias iactat, quibus ordinatis vnus homo millies mille, immo millies millies mille scribas vincat &c. quae phantasiae ludibria pluribus recenset *Morhof.* (b) Celebrerrimus quondam *Weigelius* amore in arithmeticam ita fuit abreptus, vt de scientia hac etiam in rebus politicis plus sibi promiserit, quam exspectari vlllo modo potest, atque hac ratione politicorum ludibrio se exposuerit. Recensuit *Weigelii* maximam exspectationem vtilitatis ex cultura arithmetices redundaturae *Wagenfeilius*, (c) cuius verba hic inseremus: Der Herr *Weigelius* unmittelß meinete es nicht böse/ und ließ sich es mühe kosten seine gute gedanken zu befördern. Selbige giengen nun dahin/ aller orten neue schulen aufzurichten/ in welchen die jugend

(a) vid. Cyprian. ad Zenzels Histor. Bericht von der Reformation Luthert P. 1. p. 121. 126. (b) Polyh. liter. T. 1. l. 2. c. 5. §. 63. seqq. (c) Von Erziehung eines jungen Prinzen/ der vor studiren einen abscheu hat/ P. 56. 57.

jugend in der rechen-kunst fleißig solte unterrichtet werden / um sie dadurch dem frieden gleichsam zu wiedmen / und von haß und zancck abzuhalten / so würden dann / wann die alten hader-lagen und kriegs-gurgeln / als mit welchen ferner nichts auszurichten / abgestorben wären / lauter friedliche und güldene zeiten erfolgen. Solchem nach zog er nicht allein in Teutschland / sondern auch in Ungarn / Dännemarck / Schweden / und denen Niederlanden überall herum / seine gedanken von einrichtung des neuen schultwesens / so meist in rechnen bestehen solte / eröffnend. Der grund / worauf das ganze vorhaben bestunde / war eigentlich dieser: wann ich ein exempel / sagte er / von vielen zahlen zweyer Knaben zu summiren gebe / und die summe ungleich heraus kommt / zanccken und schlagen sie sich nicht / und wollen mit gewalt beyde recht haben / sondern es sagt vielmehr einer zu dem andern / weilen uns das facit nicht gleich heraus kommt / so muß entweder ich oder du gefehlt haben. Gehe / laß uns unser exempel noch einmahl überrechnen. Wann solches geschehen / und die summa ist einerley / wol und gut / und entsethet dannenhero bey ihnen eine freude. Will die summa noch nicht gleich fallen / so gehen sie zu ihren lehrmeister / klagen ihm / daß sie aus dem ausgegebenen exempel nicht kommen können / und bitten / er wolle zeigen / welcher unter ihnen gefehlet habe. Der Lehrmeister tritt ins mittel / entscheidet den zweiffel / und die Knaben sind seines ausspruchs zufrieden. Nun / wann die schulen in rechten stand gebracht worden / werden hernach auch die erwachsenen sich auf gleiche weise begeben / und den Kindern ähnlich werden / oder vielmehr das / zu dem sie in der kindheit angewiesen worden / ihre lebenszeit behalten. Fället eine streit-frage für / wird nicht / wie jetho geschiehet / ein jeder kurg um recht haben wollen / und seine meynung mit worten / mit der obrigkeit / mit feuer und schwerdt zu behaupten suchen; sondern sie werden auch zu einander sagen / es muß einer unter uns unrecht haben / wir wollen die sachen besser überlegen / und im fall wir nicht heraus zu kommen vermögen / wollen wir unpartheyische schiedsleute erwählen. Herr Weigelius

D

war

war nun in seiner meynung so gewiß/ daß/ so oft er hörte / wie ein Krieg zwischen zweyen Potentaten auskommen / er allezeit sagte : o wenn die herren rechnen könnten/ so würden sie den krieg nicht anfangen. In omnium recenti adhuc verlatur memoria stolidum consilium præfecti militaris *de Langallerie*, qui Pontificem romanum de fortunis omnibus deturbare ante septem circiter annos suscepit. Hic vir religionem romano-catholicam deseruerat, & reformatorum dogmata erat amplexatus. Vix horum subscripserat hypothesibus, quum amor erga hanc susceptam religionem tantopere eum fascinaret, vt cum socio, comite *de Linange* ementito, res moliretur difficillimas, & Moream a Turcis iam expugnatam, hominibus reformatæ religioni addictis implere sibi proponeret. Spem enim hi concipiebant, se ex hac peninsula Italiae, & speciatim Pontifici, bellum illaturos, huncque adiuuante Turcarum imperatore, cum quo fedus inierant, e regionibus ipsius expuluros. Papa vero eiecto sperabant fore, vt in oriente suscitarent theocratiam, quamobrem didus *de Langallerie* magistrum equitum & summum rei militaris præfectum in copiis theocratiae se appellauit; personatus autem comes *de Linange* supremi militiae naualis ducis in theocratia verbi diuini titulum assumpsit. De quorum conatibus absonis, horumque misero euentu legi possunt *Unschuldige nachrichten* /, (a) nec non *Der beschäftigte Secretarius*. (b) Alia ratione etiam coniecturis nostris exornamus aliorum errores & facinora, quorum partibus clanculum fauemus. *Er hat es so böse nicht gemeinet: es mag ihm wol zuviel geschehen seyn.* Quibus artibus Gothofredus *Arnoldus* in defendendis aduersariis veræ doctrinae interdum vsus esse dicitur.

§. XII.

IX. Nouum argumentum ab amore ductum suppeditat potent-

(a) Auf das Jahr 1716. p. 271. und 1717. p. 488. (b) volum. III. p. 339. 403.

potentiorum hominum consensus, qui erroribus quidem sunt obnoxii aequae, ut inferiores, sed quia magnates auctoritate valent, & sagaciores praesumuntur reliquis, eorum consensus in animis plebis maximum habet pondus. Quam saepe Pontificii in ipsa praxi felicitatem ecclesiae ex maxima parte potentissimorum in orbe terrarum virorum, cum placitis religionis suae consentiente metiuntur, ut consensum plebis inferioris sibi acquirant. Plurima peccata auctoritate exemplorum peccantium excusantur, quippe Regis ad exemplum totus componitur orbis; deinde in mutandis publicis consuetudinibus consensus potentiorum utramque facit paginam. In fabellis de sagis, earumque pacto cum daemone, prouocatio fieri a solet ad decreta iudicialia, quae talia affirmant. Ad tuendam astrologiae diuinationem magni nominis Comes Henricus *Ranzonius Catalogum imperatorum, regum, ac virorum illustrium, qui artem astrologicam amant, ornarunt & exercuerunt, coaceruauit, Lipsiae 1584.* forma quarta editum. In primo limine operis sui *de Somniis Cardanus* vrget, *omnes gentes & leges, philosophos omnes in aliis dissidentes, viros graves omnes in hoc unum genus diuinandi consensisse,* quasi tot errantium multitudo superstitioni patrocinaretur. Thrasones litterarii plerumque huc confugiunt, virosque summos in partes suas, & familiaritatem vocant, eosque celebrant, quod gratia prosequantur sua placita, in conuersatione consensus hunc Magnatum & potentiorum virorum crepant, se conuiujs eorum interfuisse saepius, laudibus ab iis maculatos, iocos ipsis suos non displicuisse iactitant, quantas facetias iis subridentibus enarrauerint, effingunt; *quin immo, referente Lilienthalio, (a) summorum virosum ad se exaratas epistolas, eis inscribit & inuitis, ipsis exscribi curant, ut illustre hoc, si Diis placeat, litterarum commercium orbi patefiat. Ita enim opinionem adferunt vulgo eruditiorum, se non nisi profutura didicisse ab illis, quibus se familiariter adiunxerunt, nec adeo obscuri nominis, & comunioris doctrinae*

D 2

se

(a) de Machiauellismo litteratio, p. 45, 46.

*se existere, qui viris magnis inimicæ admissiõis homines fuerunt. Quasi vero Principes, eruditorum non Simplicios quoque ad suam admittant quandoque conuersationem: quorum ingenii paupertatem ex illorum meriti velle dimitti, nihil aliud foret, quam pannum cum purpura componere. Immo consensus potentiorum eo vsque se extendit, vt etiam in criterium veritatis sententiæ trahatur, contra Charמידis olim sententiã, & proverbii Arabici effatum, (a) quod pluribus exposuit Huetius, (b) *Les Arabes ont fait passer cette maxime en proverbe. Regarde, disent-ils, la chose qui est dite, & non pas, par qui elle est dite. Notre siècle & notre nation sont bien éloignés de la sagesse de ce précepte. La qualité, la dignité, l'élevation dans l'opinion du vulgaire, sont des titres suffisans pour pouvoir décider souverainement du mérite des ouvrages d'esprit; & on veut, que l'autorité, que la fortune donne aveuglement dans le monde, fasse autorité dans les Lettres.**

§. XIII.

X. Quando sententiã commendare, hominesque ad eam complectendam persuadere cupiunt, meritorum & virtutum auctoris enarratione vtuntur. Haec vero ad rem ipsam non spectat, neque vllam solidam rationem potest suppeditare, qua veritas hypotheseos euincatur, quum bonus interdum dormitet Homerus, & licet scriptor maximam virtutis sibi comparauerit famam, errare tamen humanum est, neque ab homine virtute praedito alienum. Consueuerunt veteres oratores in exordiis suis extollere laudibus auctores, quorum in orationibus suis proponebant sententiã, vt auditorum beneuolentiã ipsorum effatis conciliarent; argumentum vero solidum, & ad demonstrandam rei veritatem idoneum ex praestantia scriptoris peti haud potest, sed tantum concilians, quo auditorum animi praeparantur, ut lubenter in auctoris sententiã descendant. Simile & eiusdem ponderis est argumentum, quando quis thesin suã acceptam reddere, & alterius consensum

(a) *Proverb. Arab. centur.*, l. n. 88. pag. 55. (b) in *Huetianis*, p. 91.

sum sibi acquirere nititur ex eo capite, quod multa in patriam, rempublicam, orbem litteratum, aliosque contulerit beneficia, vel animum monet abesse fallendi; vel eius pietatem recuset, studiumque, quo in veritatem feratur, enarrat. Etiam si enim quis desiderio flagret vera producendi, nihilominus tamen, praeter ipsius voluntatem, facile error irrepere potest ex cognitione intellectus insufficienti. Critici in commendationem sententiae trahunt merita scriptorum, in quorum libros commentantur: alii aliter hoc argumenti genus in usus suos conuertunt.

§. XIV.

XI. Ad amorem sententiae vel actioni conciliandum, ut facili negotio assensus ei praebeatur, aut factum approbetur, fausta omnia atque praesagia in testimonium veritatis vel bonitatis adducuntur, & miracula, quibus illa confirmantur, vel iam sint confirmata, finguntur. Hoc modo ex gratia diuina, qua summum Numen ipsorum hypotheses aut facta prosequi dicitur, iustitiam causae suae, & veritatem sententiae probare adnituntur, quoniam Deus est ipsa veritas bonitasque, & nullum miraculum in mali hominis emolumentum patrat. Quando vero Deum consensum suum eiusmodi portentis manifestasse fingunt, inde concludunt, auxilium eiusdem in posterum quoque semper praesto futurum, hinc ad eadem secum subeunda pericula pelliciunt imprudentes. *Pfeifferus* sic, Thomae Müntzeri socius, ut pessimum suum propositum, rusticorum seditionem contra superiores concitandi efficeret, somnium quoddam tanquam diuinum augurium hanc adgrediendi est interpretatus. Per somnum nempe horreum magnum sibi vidit repraesentatam, in quo ingentem murium multitudinem conspexit, quos omnes videbatur sibi expulisse solus. Hoc ominabatur diuinum esse praesagium, se omnes nobiles Thuringicos ac Eislebenses extirpaturum esse oppressurumque. (a) Thomas Müntzer in ora-

D 3

tione

(a) Cyr. Spangenberg Sächsische Chronica, E. cccxxii, p. 608.

tione ad populum, qua illum in tumultu pergere hortabatur, iridem, quae in caelo, tunc temporis apparebat, singulare gratiae diuinae signum ad orationis suae confirmationem est ornatus, quoniam in vexillis suis iridem gerebant. (a) Apud veteres quoque populos eadem valuit superstitio, quam ad conciliandum fauorem callidiores viri nonnunquam in suos vsus concitarunt. *Scipio* ex Italia in Africam transportando exercitum, quum egrediens nauem prolapsus esset, & ob hoc attonitos milites cerneret, faustum ex hoc casu desumpsit augurium, eumque in prosperum armorum successum est interpretatus: *Et iudite*, inquit, *milites, Africam oppressi*. *C. Caesar*, quum forte conscendens nauem lapsus esset, *Teneo te terra mater*, inquit: qua interpretatione effecit, vt repetiturus illas, a quibus proficiscebatur, terras videretur. *Epaminondas*, quum fax de caelo nocte delapsa eos, qui aduerterunt, terruisset; *Lumen* inquit, *hoc numina ostendunt*. (b) Saepe etiam viri rerum politicarum notitia instructi, miracula, somnia, visiones excogitarunt, vt credulae simpliciue plebi, quae sibi vsui esse iatelligebant, persuadere possent; vel falsas apparitiones & vaticinia studiose diuulgauerunt, ad eam in aliqua re confirmandam, excitandam, aut animum ei addendum moliendi, quod viri politici e re sua futurum iudicarunt. (c) Qui nouam religionem introducere allaborarunt, miraculis fictis veritatem eiusdem probare, eamque horum simulatione gratam atque acceptam reddere quaesierunt. Quomodo miracula sint excogitata ad mentitam sanctitatem confirmandam, ostendit spectabilis atque excellentissimus *Praeses*, (d) & de eorum ac praesagiorum confictione, qua politici, sacerdotes ac oratores in sua commoda vsi sunt, dictum est in diff. sub *Eiusdem* praesidio habita. (e) Quando quis incertus haeret, & animus eius dubius

- (a) *Cyr. Spangenberg* l. c. p. 613. (b) *Frontin. Strateg.* L. I. c. 12. p. 25. (c) *Conf. Naudens Polit. Bedenden über die Staats-streiche* c. IV. pag. 213, 214. (d) *Diss. l. de imposturis sanctitatis titulo factis*, c. 11 sect. 1 §. V. (e) *de Superstitutionis conditoribus & propagatoribus*, c. II, III. & VI.

est, quo se vertat, sed tamen in alteram partem amore inclinatur, tum facile casus fortuitus in bonum omen accipitur, & res illa incidens animum facilius determinat. Ita *Leibnirius* (a) de *Stenone* narrat, illum ob mutationem religionis ab hero factam similes in cogitationes incidisse, & amorem, quo in pontificiam religionem iam ferebatur, apud eum effecisse, vt ex sermone feminae cuiusdam fortuito casu adclamantis, augurium ad religionem hanc transeundi captaret. Factum hoc verbis est descriptum sequentibus: *Le bon Monsieur Stenonis Danois, Evêque titulaire de Titianopolis, & Vicaire Apostolique (comme on parle) à Hanover, & aux environs, lorsqu' il y avoit un Duc regent de sa religion - - - nous racontoit, que ce qui avoit contribué beaucoup à le déterminer à se mettre dans le parti de l' Eglise Romaine, avoit été la voix d' une Dame à Florence, qui lui avoit crié d' une fenêtre : n' allés pas du côté, où vous voulés aller, Monsieur, allés de l' autre côté. Cette voix me frappa, (nous dit il) parce que j' étois en méditation alors sur la religion. Cette Dame savoit, qu' il cherchoit un homme dans la maison, où elle étoit, & le voyant prendre un chemin pour l' autre, lui vouloit enseigner la chambre de son ami.*

§. XV.

XII. Imaginatio novum adfert argumentum, quae metaphoris, imaginibus atque fabellis delectari solet: vt igitur res placeat, sententia vel actio his includitur, atque horum inuolucro grata redditur. Ad hunc modum *Muhammedes in Alcorano* promisit fidelibus usum puellarum in paradiso, & hortos, lectos, aliasque res. Quae tamen omnia non crasse, & secundum litteram sunt intelligenda, sed parabolice dicta sunt; siquidem ab ipsis sapientioribus Muhammedanis censentur allegorice prolata, vt intellectui humano sint acceptiora. (b) Quod etiam confirmat *Prideaux* in *Leben Mahomets* verbis sequentibus: (c) *Seine verheissungen waren größten theils vom paradieß / welches er dem Arabischen geschmack nach / dem groben irrdischen sinne so*

(a) *Essais de Theodicée* §. 100. p. 220. Quamquam Steno diu ante ad mutationem se praeparauerit, multaeque lectioni operam dederit. (b) vid. *Reiland, de Relig. Mohammedica, Lib. II, p. 203.* (c) *pag. 34, 35.*

so gemäß beschrieb / daß es in lauter solchen wollüsten / darinnen sie ihre größte ergeßlichkeiten suchten / bestunde. Es wohneten die Araber um die Zona Torrida / oder den heißen weltstrich / und waren so wol der hitzigen luft / als auch übergrossen verderbung ihrer sitten wegen / zur liebe gegen des frauen-zimmer über alle massen geneiget. Und weil die brennende hitze und truchne ihres landes / ihnen die wasserbäche / kühle träncke / schattenreiche gärten / und schmackhafte fruchte gar erfrischend / und angenehm machte / so waren sie dieser ursachen halber / gar geneigt / ihr größtes glück in dergleichen sachen zu setzen. Um nun den übergrossen trieb ihrer fleischlichen begierden zu vergnügen / musten die himmlischen freuden / so Mahomet als eine belohnung derienigen / so an ihn glauben würden / vorstellte / in diesen sonderbahren sachen bestehen. Aegyptii sacerdotēs res vulgares hieroglyphicis suis inuoluerunt, atque litteras vulgares & sacras constituerunt, vt eo maiorem auctoritatem rebus vulgaribus, quae iis continebantur, conciliarent. (a) Pluribus id viderelicet ex interpretationibus ad mentem veterum factis, quarum specimina attulerunt *Pignorius, Pierius, Henrinius*, & nuper admodum P. Melchior a *Briga*, e societate Iesu, cuius explicationem fasciae Iliacae exhibuerunt *Actorum Eruditorum* collectores. (b) Simili modo apologi, qui per animalium, aliarumque rerum imagines vitam moresque informant, gratiam sibi conciliant, talesque excogitationes & arte sua placent, & animos lectorum auditorumue mira iucunditate perfundunt. Si quis enim nude vitia alicuius in os taxaret, solidissimis argumentis eum hortans, vt ab illis abstineret, non facile quidquam efficiat, quin potius apud alterum odium erga se excitet, vt nullus adeo locus argumentorum ponderi relinquatur; si vero animi sui sententia apologo inuoluit, & recte vitia reprehendit, alter se tangi non animaduertens, beneuolas aures praebet sermoni huic, atque sic grata damni ex vitiis enati repraesentatione adducitur,

(a) *Gundling* Histor. Philos. moral. P. I. c. L. (b) mensē Nouembri anni 1722.

tur, vt semet ipsum cognoscat, suaque vitia emendare suscipiat. Non solum vero ad dehortationem a vitiis multum conferunt fabellae, sed etiam generatim ad persuadendum sunt saepius aptiores, quam rationum grauissimarum congeries, quia sub velo recondita sententia in animos infigitur, ac sine difficultate impetrat assensum. De utilitate apologorum Ge. Paschius (a) egit, atque in exemplis eorum efficaciam persuadendi ostendit. Idem confirmavit Huetius, (b) testimoniis veterum adductis, ita scribens: *Horace disoit, que l' Iliade d' Homere enseigne mieux, & plus fortement la Morale, que les Philosophes les plus habiles: si l' on ne peut pas dire la mesme chose des Romains, je crois qu' on peut du moins leur appliquer ce que Plutarque a dit de la Poësie, que quand les préceptes de la Philosophie, sont revestus de ses ornemens, ils trouvent une entrée bien plus libre dans l' ame des jeunes personnes, que quand ils se presentent avec toute leur austerité.* Interdum stilius est obscurus adhibitus, vt audientes vel legentes non adsequantur sensum, sed sibi imaginentur, sublimia proponi, quae suum superent captum, atque hinc amore erga haec ardua permoti, sine ulteriori perscrutatione ista eo facilius admittant. Qui oracula edebant, ambiguo obscuroque utebantur sermone, ad auctoritatem suis effatis conciliandam, & ne falsitatis argui possent, sed populus semper vera esse dicta autumaret. Eodem modo sectarum conditores fauoris captandi cupidi, doctrinae suae obscuritatem adfectando, admirationem excitare studuerunt, quasi egregia & intellectu difficilia excelsa docerent. Aristoteles sic iudicante Wesensfeldio, quum obseruasset, ab Aegyptiis, Gymnosophistis, Pythagoraeis, aliisque non sine maximo auctoritatis incremento obscuram quamdam & aenigmaticam scientias tradendi rationem introductam fuisse, ipse, nouae nimirum sectae conditor, in ipsis verbis ita se involuit, vt quid distincte voluisset, internosci non posset. Hac

E ratio-

(a) Lib. de Variis modis moralia tradendi, c. II, §. XII, & seqq. (b) Traité de l'origine des Romains, p. 182, 183.

ratione imperium philosophicum stabilire contendit, dum deorum stilum referre videri voluit, quum & hi in oraculis, quae ipsorum effata vulgo credebantur, obscurissime loquerentur, atque ita suis thesibus amorem conciliare studuit. Neque hac tantum de causa obscuritatem adfectavit Aristoteles, sed etiam ad huius adfectionem est inductus, quo plura & difficiliora scire videretur. Nam apud plerosque homines obtinere videmus, ut res eo magis admirentur, quo minus in eas mente penetrant, & ex ipsa ignorantia sua de aliorum scientia iudicent. (a) *Nonnullis placuit, monente Paganino Gaudentio, (b) obscuritas in scribendo, ut reuerentiam maiestatemque suis scriptis conciliarent. Nam quae absque labore percipiuntur, tanti non sunt; vilescunt, quae ante oculos interque manus versantur. Maius est ex longinquo loco pretium: quod ambitur, optimum putatur.* Heraclitus suum opus de natura obscuro sermone concinnauit, ut admirationem amoremque excitaret suae doctrinae. In quem *Lucretius (c)* sequentia scripsit:

*Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes
Quamue graues inter Graios, qui vera requirunt.
Omnia enim stolidi magis admirantur amantque
Inuersis quae sub verbis latitantia cernunt. (d)*

§. XVI.

XIII. Magna musicae inest vis, ut homines per eam multis modis afficiantur: nihil enim tam facile in animos tene-ros atque molles influit, quam varii canendi soni, (e) qui non tantum veritates, quae iis continentur, memoriae firmiter infigunt, sed etiam varios excitant affectus: porro occupant mentes quasi inermes, quae cum cantilenis noxia audire non ver-

(a) Conf. Arn. *Wesensfeld* Diss. II. cap. 1. de arcanis philosophiae sectar. §. 6. (b) in obsterice litteraria, diss. V. p. 49. ed. Ien. 1794. (c) L. I. de Resum natura. (d) De genere dicendi obscuro, tamquam inclarescendi modo, conf. Mich. *Lilienhal* de Machiav. liter. §. 17. (e) *Cicero* II. de Legibus, c. xv.

verentur, & propter flexionum amabilitatem, soni quam veritatis sunt cupidiores, & sic inopinato error in animos irrepit. Eam ob causam Pontificii Lutherum argumenti ab amore ducti incusarunt, eiusque hymnos odio habuerunt, quod videre licet ex *Goetzii tractatu de odio pontificiorum in hymnos Lutheri*, ut & ex *Conzenio*, (f) qui expresse ait: *Hymni Lutherici animas plures, quam scripta & declamationes occiderunt*. Male tamen hoc nomine oderant Pontificii Lutherum, siquidem Lutherus hic non nudum argumentum ab amore ductum adhibuit, sed quia infallibilis veritas religionis his mediis in mentes auditorum penitus penetravit: & doctores pontificii per cantilenas ab integris ecclesiis saepius sunt ad silentium redacti: qua de re exempla *Bosfaccus*, (b) & *Adamus in Vita Germanorum Theologorum* (c) adduxerunt. Haereses quoque per cantilenas esse propagatas, & *Valentinum Bardesanem*, *Arium*, hac arte magno ecclesiae damno visos esse, docuit *Ern. Sal. Cyprianus*. (d) Quomodo religionis capita mediantibus carminibus sint disseminata, dictum est in *diff. de Modo propagandi religionem per carmina*, habita sub praesidio summe venerabilis Abbatis *Schmidii*. (e) Non inepte ludit *Fontenelle*, quando *Anacreontem* cum *Aristotele* comparavit, atque illum maiorem cantilenis suis, quam hunc philosophiae studio laudem sibi comparasse dixit, dum *Anacreon* sapientis, *Aristoteles* vero philosophi tantum nomine fuerit insignitus: (f) eo ipso indicans, vim poëseos atque cantus maiorem esse, quam austeræ philosophiae.

§. XVII.

XIV. Quando error est commissus, aut culpa non potest declinari, intentionem auctoris bonam praetexere, atque hac theses vel facti turpitudinem excusare satagunt. Si enim

E 2

al-

(a) L. II. Polit. c. 19. (b) in *Lumine ex tenebris*, p. 33. (c) *Vita sac. Andree*, p. 641. (d) *Diff. de propagat. haeresium per cantilenas* *Lenae*, 1715. recusa. (e) *Heinstitadii* anno 1710. (f) *Dialogue des Morts Anciens*, dialogue IV. p. m. 19.

allegare possunt, ex animo bono sententiam aut factum profu-
xisse, eiusdemque scopum fuisse in bonum directum, tum rem
bene se habere, neque reprehendendam esse autumant. Mi-
nime vero haec excusatio est admittenda, quum intentionis
natura rem non conficiat: licet enim intentio mala sola sit
sufficiens, ad actionem bonam penitus deprauandam, bona
tamen intentio ad malam thesin, vel actionem, bonam reddend-
dam haud sufficit, quum falsitas sententiae vel actionis per eam
in veritatem conuerti nequeat, & in facto aut negotio omnes
circumstantiae recte se habere debeant, si opus ipsum pro bono
sit habendum. Ad hunc modum celeberrimi Abrincensis episcopi
Huetii soror natu minima factum insolens ac mirum se excu-
sare posse putauit ex intentione zeli diuini ostentandi. Narrat
enim ipse *Huetius*: (a) *Ce fut là, que cette jeune fille renonçant
au monde, se consacra à Dieu; & fut si pénétrée de son amour, que
pour se rendre plus agréable à ses yeux, s'abandonnant bien plus à son
zele, qu'aux conseils de ses Directeurs, elle chercha des mortifications
nouuelles; les pratiques ordinaires ne lui semblant pas remplir toute l'
étendue du désir qu'elle avoit de souffrir pour Dieu: sachant d'ailleurs
que des Saints inspirez de Dieu, avoient pris quelquefois des routes écar-
tées, pour s'avancer, dans les voies du Ciel. Ayant ouï dire qu'une
extrême soif étoit une des plus grandes peines, que la nature pût suppor-
ter, elle résolut de s'abstenir entièrement de boire. Pour garder le
secret de cet étrange dessein, elle renversoit adroitement sous la table du
refectoir, la portion de bruvage qu'on lui avoit servie. Cette con-
duite ne pouvoit pas aller loin, & la nature succomba bien-tôt à une si
terrible épreuve, son temperament fut entièrement ruiné; toutes les par-
ties de son corps furent troublées dans leurs fonctions; & sa peau fut si
brûlée qu'elle devint noire & sèche comme un parchemin. Les Medec-
ins, à qui il fallus avoir recours, ne pouvoient deviner la cause des
étranges symptômes qu'ils remarquoient; & ils ne la connurent, que
quand la malade fut obligée, par l'autorité de ses Supérieures, & par*

(a) In *Huetianis*, p. 322. seqq.

les devoirs de sa conscience, de leur découvrir le mystere. Mais elle le découvrit, lorsque le mal étoit sans remede, & peu de jours avant sa mort. Ce fut alors, qu'en rendant compte de sa conduite, & de ses mortifications, elle dit qu'un jour dans la cruelle alteration qu'elle sentoit, voyant un pourceau se veautrer dans la bouë, & avaler à pleine gorge l'eau mêlée avec la fange, elle lui portoit envie, & souhaitoit de pouvoir prendre part à cette boisson. Nimiam quoque & inconsultam misericordiam Hispanus quidam sacerdos, Saracenis liberos eripiens, & sacro baptismatis lauacro ablutos illico occidens, ne Christo initiati redirent deinde ad vomitum; & ad Saracenorum perducerentur superstitionem, intentione bona excusare contendit. (a) Quam maxime etiam improbanda bona intentio muliercularum, aut aliorum, qui agonizantibus, vel morientibus puluinar subtrahunt, vt citius morientes doloribus liberentur, cuius facti iniquitatem Casp. *Questelius* demonstravit. (b) Plura sophismata, a bona intentione deducta, circa in-tempestiuam misericordiam indicauit vir Cl. Car. Frid. *Pezold* singulari differt. de *eo*, in quantum homini non liceat esse misericordis. (c) Vt taceamus, plerosque haereticos errores suos excusare voluisse ex bona intentione. Quam rem exemplis illustrare superfedemus, quum ex cuiusuis sectae conditoribus hoc luculentissime pateat. Eodem labore circa peccatorum excusationem superfedere nos iubet *Sheffield*, (d) qui vberius ostendit, bonam intentionem eidem inferuire.

§. XVIII.

XV. Nonnulli, quum sciant, si non adsint alii characteres, quorum iudicetur ope, iudicium institui de hominibus ex iis, qui partibus ipsorum sunt addicti, secundum illud tritum: *Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se*; sententiam suam

E 3

ex

(a) Ant. de *Sarasa* in *Arte semper gaudendi*, F. 1. p. 79. 80. (b) *Diff. de Puluinari morientibus non subtrahendo*, Ienae 1688. edita. (c) Lipsiae 1708. habita. vide *Noua literar. Hamburg.* 1708. m. Aug. p. 118. (d) *in der enstlarvoten Sünden Welt*; p. 203. 1799.

ex eo capite commendare nituntur, quod cum Principibus Magnatibusque, vel viris eruditione insignibus, adeoque in maxima celebritate versantibus, sibi intercedat consuetudo, quorum latus claudere soleant: aut alios, qui eandem fouent opinionem, maximis celebrant laudibus, ut ex illorum gloria sibi suisque thesibus comparent applausum. Quo instituto *Auerroës*, se credere, inquit, *Aristotelem fuisse regulam in natura, & exemplar, quod natura iniecit ad demonstrandam ultimam perfectionem*, (a) censetur a *Placcio* (b) eam ob causam *Aristotelem* maximis ornasse encomiis, ut commentaria sua in illum sic magis commendaret. Scholastici pari modo *Aristotelem* in caelum vsque euexerunt, ut suas interpretationes ac commentationes in eius libros acceptiores redderent, quum tamen interdum *Aristotelem* ne quidem legerint, aut eius opera Graeca lingua confcripta, huius linguae ignari, legere potuerint. Hinc *Auerroës* turpiter se dedit, ignarus graecitatis ac latinitatis, pro *Ptolomaeum* ponens, pro *Protagora* *Pythagoram*, pro *Cratyllo* *Democritum*, & libros *Platonis* titulis ridiculis inscribens. (c) Hunc ex viris celebratissimis gloriam quaerendi pruritus risit *Balzac*, dum in satira sua *Barbonem* repraesentat se ostentantem, quod genus suum ab *Aristotele* in linea recta deducat. (d) Poëta quidam non adeo celebris famam sibi comparare studuit ex consortio cum celebribus viris iactato, quem propterea ridet *Scarron*. (e) Plura huc pertinentia attulit *Vir cl. Mich. Lienthal*, (f) qui poterit conferri. Talem gloriae ex adstipulatione maximorum vndique virorum iactata adfectionem *Thomae Crenio* personatus *Seuerinus* a *Clamoribus* (g) obiecit ac imputauit, (quae tamen nostra non facimus) illum dice-

(a) L. III. de Anima t. 14. (b) de Morali scientia augenda §. 34. (c) vid. Io. Ludov. *Vires Corrupt.* art. L. V. p. 167. ed. Lugd. de a. 1551. (d) pag. 4. (e) dans son Roman comique, T. I. chap. 8. p. 30. (f) *Diss. de Machiav. liter.* §. 9. p. 42. seqq. (g) *Epist. ad amicum de vita, studiis & moribus Thomae Crenii*, Amstelod. A. 1706. in 4 p. 5. quem locum etiam allegauit *Mich. Lienthal*, *Diss. cit.* p. 50. 51.

dicere affirmans : *Esse se unum , qui viri docti , summi-
que polyhistoris mereatur nomen , hinc notum se per omnes orbis
terrarum angulos : aduolare indies ex Italia , Britannis , Gallis ,
Germanis , literas eruditiorum : fatigari domus suae fores tum cursoris
publici , tum venientium maxime peregrinorum continuo ita redituque
studentes ad unum omnes Collegium aliquod a se habendum avidissime,
at frustra exspectare : urgere typographos , ut ex limatissimis suis $\chi\alpha\sigma\iota\eta\lambda\iota\sigma\iota\varsigma$
nova indies in lucem extrudat : adcurrere non raro exterorum Princi-
pum status ministros , suum in rebus arduis consilium studiose expeten-
tes : sibi soli & tersae dictionis latinae , & solidae in omni studiorum
genere doctrinae competere distaturam : neminem a se discedere , quinon
cognita nuditate sua , doctior ab eo euadere enixe cupiat : neque se vl-
luis votis ea in re deesse , qui se totum suo deuoneat dultui ; huic se stu-
dia sua , huic se mensam suam conuictumque conferre . Huc etiam
sunt referendi , qui laudant religioni suae addictos , ut maior
deinde hypothelibus suis accedat auctoritas , atque omnia pla-
cita eorum , qui in religionis negotio diuersa sentiunt , licet
quaedam recte se habeant , reiciunt , ne religio sua detrimen-
tum quoddam capere videatur . Sic Loci Communes Phil. *Me-
tanchihonis* (a) grati fuerunt in Italia aliisque religione dissiden-
tibus terris , quamdiu auctorem religionis suae socium puta-
runt : quum vero euangelicae eum addictum esse resciscerent ,
librum hunc contemserunt . Ad hunc modum professor quidam
academicus *Ethicam Christianam* sub Io. *Cirelli* nomine editam ,
quam maxime commendauit , auctorem in religionis capitibus
a suis partibus stare credens , quod scriptum *Cirelli* esse socinia-
ni postea certior factus damnauit . (b) Hoc etiam in quibus-
uis sectis deprehendere licet , socios quam maxime commenda-
ri , ut laus aliqua communi sententiae inde adspargatur .*

§. XIX.

XVI. Illi quoque argumentum ab amore depromunt,
qui

(a) vid. *Merkhof. Polyh. T. I. 87.* (b) vid. *Io. Fabricii, parentis mei veae-
randi Hist. Biblioth. P. V. p. 420.*

qui de veritatibus, quas proponunt, vel actionibus suis iactant, eas tantum in magna ingenia cadere, ab ingeniis vero haud adeo felicibus nec capi facile, nec defendi, nec exerceri posse. Quando enim alii audiunt veritatem aut factum a sublimi tantum ingenio expectari, facilius adducuntur ad illa comprobanda, quae acumina & indicia excellentis ingenii tantum esse debent, quamvis nondum rationes evidentes, quae illa probent, sint adlatae. Eiusmodi vtuntur argumento Athei, quando theses suas nefandas, Dei existentiam negantes, robori ingenii adscribunt, & inde gratas eas reddere cupiunt, quam obrem *des Esprits forts* dici amant: quum tamen robur ingenii non in negatione veritatum apodicticarum consistat, sed in earum inuentione ac demonstratione solida. *Fortitudo ista, Augustino iudice, non sanitas est, sed insaniae, nam & phraenetici nihil fortius: (a) quod pluribus Bouhours, (b) & Charron (c) vtgent.* Scholastici ad auctoritatem tricus suis conciliandam, doctores suos talibus ornarunt titulis, qui maximum illorum indicare debent iudicium, quales sunt irrefragabilis, angelici, seraphici, subtilis, illuminati, fundatissimi, acutissimi, retulgentis, profundi, diuini. (d) Io. Caramuel a *Lobkowitz* Librum, quo subtilissima ridiculorum terminorum inuenta exhibuit, *Απειράτων* inscripsit, i. e. subtilissimum, quasi subtilissimi ingenii foetum: vnde & viri cuiusdam eximii apud pontificios de eo praedicatur elogium: Eum habuisse ingenium vt octo, eloquentiam vt quinque, iudicium vt duo. (e)

§. XX.

XVII. Argumentum praecipuum ab amore ducunt ii, qui sub initium tractationis vel actionis vtilitatem crepant maximam, quae ex sententia, vel actione sua, fit expectanda. Hoc vero argumentum non statim veritatem thesicos, vel actionis bonitatem

(a) in Pl. LVIII. (b) *Entretien d' Ariste & d' Eugene*, p. 23. (c) *des Trois verités*, p. 13, 14. (d) vide *Baillet Jugemens des Scayans*, T. I. p. 205, seqq. (e) *Act. Erud.* 1683. p. 334.

nitatem demonstrat, nisi sit cum aliis solidioribus coniunctum, praesertim quum in vsu ostendendo multa soleant committi sophismata, interdum enim vsus, qui ex parte tantum rei pro- manat, ad totum refertur: utilitates, quae toti scientiae de- bentur, trahimus ad res nostras, quae saepe inutiles eius sunt particulae: aut superaddimus scientiae aut veritati nugas quas- vis operosas, & tales quisquillas eundem praestare vsum pu- tamus, quem praestat scientia ab his separanda: aut medita- tionibus nostris, & actionibus inutilibus, nomen rei utilissimae imponimus, & venditamus de hac omnia commoda ad illam pertinentia. Utilitas cognitionis siderum, horumque motuum, non debet negari, hinc tamen non est concludendum, has uti- litates ad astrologiam pertinere: ars critica in quibusvis scientiis suum praestat vsum, sed inde non potest criticorum micro- logia defendi. Quid inter res humanas possit esse desideratius, quidue utilius, quam lapidis philosophici inuentio, sed inde non sequitur alchymistarum commenta ad illum inueniendum eiusdem esse pretii. Nihilominus tamen dantur homines, qui circulatorum instar utilitates rerum suarum crepant. Io. Ca- ram. a Lobkowitz, de quo iam supra monuimus, *Nona dialectus metaphysica*, (a) est inter stolidissima inuenta recentioris aevi referenda, qua a verbo *sum* noua vocabulorum monstra, *sam, samo, sym, samo, sus, sut, syre, sore, sure, saim, seim, sylim* &c. & ab *amare amabatius, amamissetus, amarus, amarusus* &c. inuenit, velut sin- gularia subsidia ingeniosissima, quibus pura veritas omni am- biguitate exclusa statim concipi possit, & quae ad magnum me- taphysicae dialecti splendorem & ornatum conducant, commen- dauit, (b) Henr. Ranzonius in praefatione ad *catalogum imperato- rum, regum, ac virorum illustrium, qui artem astrologicam amant, amantus & exercuerunt*, astrologiam multis nominibus exinde commendari posse putat, quod homo conditus sit ad sidera in- tuenda, ab aistorum contemplatione & scientia homines ad

F

agni-

(a) quae 1681. in fol. prodit. (b) vide Paschium de Nouis inuentis, c. II. p. 51. seqq.

agnitionem Dei ducantur facilius, studium & cura inuocationis Dei in nobis crescat, si periculum aliquod ab astris impendere videamus, medicae artis felicitas exinde pendeat, non tantum in vita priuata, verum etiam in republica administranda per astrorum cognitionem multa rectissime nonnumquam expediuntur, maxime vitae hominum afferantur utilitates, & inquisitio huius artis per se discendi cupidis voluptates pariat innumeras: sed quisne videt multa hic generalius pronuntiarum, alia in astrologiam detorqueri, multa incerta tamquam certa supponi, omnia ab amore peti, quo comes illustris ferebatur in hoc diuinationis genus. Eadem ratione se habent elogia metaphysicæ vulgo tributa. Verum est, si quis magnus Apollodare posset veram metaphysicam, quæ principia rerum omnium ac scientiarum clare & distincte, & indubitata exponeret ratione, de ea sapientia prima dici posset, versari eam circa omnia, eam imperare omnibus scientiis, esse fontem omnis veritatis, notitiam certissimam propter se expetendam, disciplinam vere diuinam: sed quando scholastici has utilitates omnes de ontologia sua prædicare volunt, quilibet argumentum tantum ab amore esse ductum perspicit, quo in limine omnium libellorum metaphysicorum lectorem occoecare student. Quam solidas imagines inuenerunt illi, qui artes mnemonicas exercere cupiunt, & multas scientias reales absurdis figuris inuoluere sunt annexi? de quibus ineptis omnes adducunt utilitates, quas a solidis memoriae subsidiis sibi quis promittere potest, quæ ad has difficiles nugas transferri nequam possunt.

§. XXI.

XVIII. Sententiam, vel factum, interdum reddit amoenum eiusdem nouitas, quia hominum animi sunt inconstantes, & veterum consuetudinum taedio capti, rerum nouarum cupiditate ducuntur. Naturale inest hominibus sciendi desiderium, quod omnibus ante incognitis excitatur, hinc sæpe noua præstantiora habentur, vel etiam ratio inde est petenda, quod spes

spes nostras adamemus, easdemque de futuris semper maiores
 adamus, quam voluptatem capimus ex praesentibus. Hinc va-
 riae argumenti ab amore nouitatis desumpti oriuntur species,
 quando nempe rem cum saeculi nostri genio conuenire perhi-
 bent, veritates iactant inauditas, *unerkannte Wahrheiten* / vel ex
 tenebris easdem erutas esse volunt, aut studiis fauorem conci-
 liare suscipiunt, quod hoc potissimum tempore maxima in iis
 excolendis ponatur opera, librosque commendant, qui aevi no-
 stri genio sunt accommodati. Nouitas vero non statim veritatem
 sententiae, aut actionis bonitatem euincit, sed iudicium nostrum
 de rebus nouis tamdiu est suspendendum, donec rationes soli-
 diiores nobis sint in promptu, quae nos determinent, vtrum res
 noua sit approbanda, an vero reiicienda. Nam nouitas in se
 spectata nullam suppeditat rationem idoneam, quae rem noui-
 ter institutam approbandam suadeat, quum pro arbitrio inter-
 dum hominum alia introducatur consuetudo, eiusque causa
 alia non possit allegari, nisi voluntas ipsorum, quae stat pro ra-
 tione. Ita se res habet, quando in certo quodam studiorum
 genere excolendo homines operam suam collocant, amore
 tantum recentissimae consuetudinis inducti, quoniam illud ad
 palatum saeculi esse vident: applausus enim non est solidum ar-
 gumentum, quo rei veritas bonitasue possit demonstrari. In-
 terim fieri solet, vt vltu publico recepta maximo habeantur
 pretio, vt i Romae superiori saeculo theologia scholastica & ca-
 suum, qui tum obtingebant, conscientiae studium theologis
 maximam comparabat existimationem, eam tantum ob causam,
 quia saeculi genio, quem Galli *la mode* vocant, erat accommo-
 datum: reliqua vero studia, vtpote huic repugnantia, haud adeo
 aestimabantur. Testis huius rei est *Gilbertus Burnetius*, qui Italorum
 genium ita descripsit: (a) Man hält zu Rom so viel nicht von il m
 (von des Pabsts Reichs Vater) als auswärts / weil seine ge-
 lehrsamkeit nicht nach der mode ist / angesehen bey jetziger zeit
 F 2 nicht

(a) in seiner Reise-Beschreibung / im II. Th. pag. 195.

nichts als die Theologia scholastica, und das studium der jetzt fürfallenden casuum conscientiae die Theologos berühmt machen kan / dergestalt / daß die / so ihre studia anders angreifen / schwerlich in grosse reputation kommen. Immo accidit, vt ars quaedam nullum fere usum praestans cultores inueniat ac aestimatores, quoniam nouitate sua cum amoenitate coniuncta hominum animos sibi conciliauit. Hinc plurimi in Saxonia sub initium praesentis, in quo viuimus, saeculi ingenti ferebantur amore in geomantiam excolendam, postquam status publici quidam administer, qui maxima huius studii gratia flagrabat, exemplo suo alios ad artem hanc tractandam incitauerat, atque sic vsu ea inualuerat. Simili modo libri nonnunquam hanc tantum ob rem magni aestimantur, quia sub nova forma, quasi veste noua induti, prodeunt, atque sic animos hominum alliciunt. Rem ita se habere cum commentariis criticis, illosque noua specie comparentes placere pronuntiauit vir cel. Jo: Clericus, (a) his usus verbis: *Les modes des commentaires changent aussi bien que celle des habits. Les Commentaires de Scaliger & de Lipsé sont comme des habits à l'Espagnole, où il n'y a d'étoffe que justement ce qu'il en faut; & ceux de Mr. Brækhuysse, & des Commentateurs du même goût, comme des habits pleins de pretimaille & de falbalas, tels que les femmes en portent à présent en France. Lors que l'on a la taille bien faite & assez d'embonpoint, les habits courts & serrez ne fient pas mal; mais les habits larges & embarrassés cachent bien des défauts, & empêchent la maigreur de paroître.* Amor hic nouitatis & complacendi studium ridicula interdum producit effecta, vt homines quidquam agant, cuius vsum dicere non possint, & ad quod faciendum nulla alia permoueantur ratione, quam sola nouitate & consuetudine recepta. Quum aliquando in aula regis Galliarum eruditus quispiam, qui hebetem habebat oculorum aciem, ope vitri politi obiecta intueretur, breui non tantum in aula, sed etiam vrbe & rure degentes hunc imitaban-

(b) Biblioth. Choix. T. XV. p. 369. seq.

bantur, atque hic mos per plures annos duravit. (a) Hi vero nullo oculorum defectu laborantes non opus habebant illo adminiculo, quo ille necessitate adductus utebatur, sed tantum, quia res noua placebat, in consuetudinem ad tempus abiit. Eodem modo in multis aliis se res habet, quae tantum ob amoenam nouitatem admittuntur, quemadmodum aquae, quae dicitur Hungarica, & pulveris sternutatorii vsus eam tantum ob causam inualuit in Gallia, teste de Vigneni-Marville, (b) qui hac de re sequentia scribit: *Il y a des bizarreries, qu' il faut souffrir bon gré malgré tant qu' elles durent, & dont il n' est presque pas permis de se plaindre, qu' après quelles sont passées & qu' elles ont en leur temps. Il sembloit ces années dernières, que tout le monde fût menacé d' Apoplexie. Chacun portoit sur soi sa bouteille d' eau de la Reine de Hongrie; on en prenoit à toute heure, pour prevenir un mal dont l' on ne sentoit pas les moindres aproches. Mais après tout, la mode en est passée; il a fallu céder au Tabac: on ne songe plus qu' à se purger le cerveau, & plutôt à Dieu qu' on le purgeât de sa vraie maladie. Le Tabac n' y est guères propre: il est lui même un grand mal, dont l' on ne guérira que dans une Lune où cette rage se changera en une autre, pour être moins lucrative pour de certaines gens. Qui ne viroit de cette tyrannie sur tous les nez de la France, que l' on assujéti à se charger chaque jour d' une livre de poussière dangereuse par sa qualité, & inutile par la quantité; tout remède périssant dans l' excès, s' il ne se tourne en venin & en poison. Mais il n' est pas temps d' en rire; le mal n' est pas guéri: Les malades aiment encore leur maladie.* Ex amore nouitatis homines etiam consuetudines imitantur, quae non cum decori regulis conueniunt. Si quis olim pectine capillis implexo in conspectum publicum prodiiisset, hoc quam maxime indecorum tunc temporis fuisset habitum; hodie vero nouitatis amor hanc consuetudinem introduxit, eamque reddidit non indecentem. Haec omnia non aliam ob causam sunt admissa, quam quia homines in ea, tamquam res nouas, amore

F 3

fuerunt

(a) Conf. de Vigneni-Marville Mélanges d' histoire & de littérature. T. II. p. 34, 35. (b) L. c. p. 31, 32.

fuerunt adfecti, atque hinc eadem neglectis rationibus appro-
barunt.

§. XXII.

Ne denique limites dissertationis excedamus, reliquos
argumenti huius modos paucis tantum hic indicabimus, qualis
est XIX. quando ad commendandum auctorem, qui in senten-
tiam nostram descendit, eidem affingimus veritates gratas &
acceptas, quarum ne in mentem quidem ipsi venit. (a) XX.
Mirum in modum laudatur scientia ad quam thesis nostra perti-
net, vt ex eius praestantia aliqua laudis pars in eandem redun-
det. (b) XXI. virorum eruditiorum commendationes, testimo-
nia, carmina, elogia, praefationes honorificae &c. praemittun-
tur vel superadduntur rebus, scriptis, sententiis nostris, quo ma-
ior eorum eluceat auctoritas, iucunditas, vtilitas, id quod *Ma-
lebranchius* satira sua lepidissima & decantatissima non insulse risit.
XXII. Approbamus rem, actionem, sententiam, quod genio
nationis nostrae conueniat, & indoli eius apprime sit accom-
modata, quod in Gallis suis improbat *Huetius*. (c) XXIII. Placet
nobis id, quod ab amico profectum est, & quidquid nostrates
scripserunt, quos amamus, ceteris anteferimus. XXIV. Si in re
quadam perpendenda laetiores sumus, nullamque experiamur
mentis perturbationem, trahimus exinde argumentum pro veri-
tate vel bonitate rei, ab ipsa quasi conscientia approbata, &
quae sunt reliqua argumenti ab amore ducti genera, quae ab iis
nonnunquam citra propositum in medium adducuntur, qui de
corruptione ab affectibus proficiscente planius explicarunt, quos
inter *Senaldum*, (d) *Malebranchium*, (e) *Abbadie*, (f) nominas-
se sufficiat; vel qui amoris effectus in aliis vitae negotiis osten-
derunt, qualem operam praestitit Io. Volckm. *Beschmannus*. (g)
Plura enim nunc adducere superfedemus.

(a) vide Wefensfeld de philos. sectar. p. 25. (b) Parthasiana, T. I. p. 245. seqq.
(c) Huetiana p. 15. 36. 52. 54. 128. (d) L' Usage des passions traité II.
(e) De la Recherche de la Verité, L. V. (f) L' art de se connoître soy mê-
me, l. II. c. 4. seqq. (g) Tr. Iuridico de Amore, Halae Magdeb. 1722.

ABBATI SVMME VENERABILI
IOANNI FABRICIO
CELEBERRIMO VIRO

S. P. D.

PRAESES.

ET si voluntati tuae, ut probe nosti, contraire nefas esse puto, tamen non potui non tibi refragari in die disputationi nostrae statuendo, quem in aliud tempus differri cupiebas, ego autem officii causa crastinam lucem illi habendae destinandam esse iudicavi. Octogesimum aetatis tuae annum te nunc attingere noueram, qui te anno MDCXLIV. D. XI. Febr. natum esse sciebam: vehementer itaque me mouit & humanitas & meum in te studium, ut illo die, quo adeo raram inter eruditos aetatem adsequuturus eras, aliquid adferrem, quod te corpore animoque adhuc vigentem, integris florentem sensibus, iucunda quadam voluptate perfunderet. Commodissimam eum in finem nactus sum occasionem: petitis enim vnici tui filii subscripturus, ei potestatem dederas summos in philosophia ambiendi honores. Quid exoptatius mihi obuenire poterat, quam gaudiis tuis ex felicissimae senectutis fastigio conceptis praemia filii exoptatissimi adiungere, & in natali tuo eiusdem bonae indolis & eruditionis documenta tibi exhibere? Quum enim per sex fere annos, studiis litterarum cupidissime in academia Iulia inuigilauerit, ardorem-

remque discendi mirificum omnibus comprobauerit, doctrinam eius liberalem & merita dignis honoribus & ornamentis prosequi fas est : quam sollempnitatem natalis tui decore splendidior, tibi laetior, bonis omnibus notatior esse volui, meo quidem officio eo magis accommodatam, quo opportuniorem publice tibi gratulandi occasionem subministrat. Gratulor tibi filium modestum, eruditum, filium laurea philosophica proxime coronandum, filium maiora praemia commerentem. Gratulor tibi de valida eaque leni prosperaque senectute, in qua ad summam vitae communis metam quidem ascendisti, quae tamen in te nec summam nec extremam esse virium tuarum auspiciis auguror. Faxit Deus, qui antiquus dierum dicitur, ut adsurgente ulterius placida senecta, vires tuae eodem vigore non decrescant, sed adsurgant, ut qui plurimos eruditorum doctrina excellenti nominisque gloria longis passibus post te relinquis, omnes vltimae senectutis & longaeuitate & prosperitate vicisse dicendus sis. Videas etiam filium optimae indolis munera amplissima consequi similemque Abrahami experiaris fortunam, & quemadmodum is exacta aetate filium nactus est, ita tibi ex filio nepotes amplectari contingat, ut immortalitatem nominis tui non tantum virtute & scriptis, sed etiam sobole firmatam esse laeteris. Vale, Senex multis nominibus venerabilis, ingens reipublicae litterariae decus ! Vale & me amare perge. Dabam in academia Iulia D. X. Febr.

M DCC XXIII.